Primo dico ꝗ aliq̄ moriunt̄ i pctō originali. vt pueri nō baptizati. ideo non pñt intrare gl'iam padiſi. Quia dixit xp̄s. b. Iohāni. qñ ſibi oſtēdit gl'iam padiſi. Nō intrabit i ea aliquid coinq̄natū aut abomiatiōꝫ faciēs. Apocal'. xxj. Pctm̄ originale ē quedā macula quā recipit aīa i vtero mulieris. ac ſi rectores hꝰ ville facerēt vnā imaginē vt poneret̄ in templo. q̄ dū ducit̄ ad tēplū cadit in lutō ⁊c̄. Et d hoc peccato dixit Dauid in ps. l. Ecce em̄ in iniq̄tatibꝫ ꝯceptꝰ ſum: ⁊ i peccatis ꝯcepit me mr̄ mea. i. in pctō originali. Et ponit̄ ibi plurale p ſingulari. Nota pctm̄ originale ē vnū numero in vno homīe. ſed in omībꝫ eſt vnuꝫ ſpecie. vt dicit. ſ. Tho. pma ſcde. q. lxxxij. ar. ij et diſt. xxxiij. q. j. ar. iij. Eſt tñ etiā in vno hoie pctm̄ originale multiplex ꝟtute. q: ꝟtualiter ꝯtinet omīa peccata. vt dicit ſ. Tho. pma ſecūde. q. lxxxij. ar. ij. ad ſcdm̄. Sic igit̄ pꝫ quō verbū Dauid intelligendū eſt cū dicit. Ecce em̄ in iniquitatibꝫ cōceptꝰ ſum. loq̄ns d peccato originali in quo pueri concipiunt̄. Propter h̄ niſi lauent̄ baptiſmo. nō pñt itrare padiſum. Ideo dr̄. Amē amen dico vobis. niſi q̄s renatꝰ fuerit ex aqua ⁊ ſpūſctō. nō pōt itrare in regnū dei. Ioh. iij. Ideo debetis ēē diligentes vt pueri baptizentur ne cadāt extra gl'iam. h̄ ē in lymbo pueroꝝ. Nō. oēs tenētur ad baptiſmū. ⁊ ſine eo nō pōt eſſe ſalꝰ homibꝫ vt dicit. ſ. Tho. iij. pte. q. lxviij. ar. j. ⁊. iiij di. vj. Itē pueri baptizatoꝝ debent baptizari. Et etiā ſi modo aliq̄ ſanctificarent̄ in vtero neceſſe eſſet eos baptizari. vt p ſuſceptōē character' alijs mēbris xp̄i cōformarēt̄. Hec ſanctꝰ Tho. iij. pte. q. lxviij ar. j. in ſolutōnibꝫ ſecūdi ⁊ tercij argumētoꝝ. Itē ibi. ſ. ar. ij. di



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

cit. ꝛ pbat ꝙ nullꝰ pōt ſaluari ſine baptiſmo i actu vel ꝓpoſito. Dicat quō ſunt q̄ttuoꝛ domꝰ i coꝛde terre. Prima ē iferioꝛ. ꝛ iſta ē infernus dānatoꝝ. Scđa ē locꝰ purgādoꝝ. Tercia ē lymbꝰ pueroꝝ. Quarta ē ſinꝰ pꝛm ſctoꝝ In lymbo hic cadūt pueri q̄ moriūt̄ cū peccato originali ſolū. ſiue ſint filij xp̄ianoꝝ ſiue īfideliū. ꝛ nō habēt ibi niſi ſolā penā damni De hoc. ſ. Tho. ij. ſcp. di. xxxiij. q. ij. ar. ij. diſt. xlij. q. ij. ar. j. iiij. di. xvj. q. j. ar. ij. q. ij. tercia pte q. j. ar. iiij. ad ſcdm. Et dicit. ſ. Tho. in. ij. ſen. ꝙ diſputant inter ſe ꝛ ſtant lete. Aie ſepate cū ſolo peccato originali cognoſcūt oīa naturalit̄ cognoſcibilia a rōne. ꝛ multa alia. Dicit ſan. Tho. ij. diſt. xxxiij. q. ij. ar. ij. iiij. diſt. l. q. j. ar. j. ad. vij. Itē i de malo. q. v. ar. iij. Habent eni claritatē intellectus. ſed nō glorie. nec diſplicet eis. nec triſtant̄. ſicut nec tu habes triſticiam. quia nō es rex Aragonū. quia nō debet̄ tibi. vel quia nō habes alas ad volandū. Idem eſt de illis pueris. Ideo dr̄. Audite ꝟbum iſtud. ꝙ ego leuo ſup vos planctū. Cecidit ꝛ nō adijciet vt reſurgat virgo iſrl̄. piecta eſt in terram. nō eſt q̄ ſuſcitet eā Amos. v Nota planctū. quia mortua eſt creatura ſine baptiſmo. Nota ḡ quō eſt magnū peccatum quādo mulieres cuiuſuis ſint ſtatꝰ occidūt ꝓles ne peccatū ſciat̄. ꝛ ꝯtra apothecarios q̄ dant medicinas vt moriant̄. Ideo dicit. virgo iſrael. Illaꝫ animā vocat virginē. eo quia nunq̄ ꝯſenſit in aliquo pctō. ꝛ piecta ē in terram. ſ. in lymbo. Ecce pmū cecidit Dico ſecūdo ꝙ aliq̄ moriunt̄ in peccato mortali qui dure puniunt̄. vt religioſus qui nō tenet ſuā regulā. nec vota que iurauit. vel pſbyter qui nō viuit caſte. vel laicꝰ q̄ nō eſt obediēs deo nec pceptis eis. vel q̄ nō ſeruat caſtitatē. naꝫ tales moriunt̄ in pctō mortali. ꝛ vadūt ad infernū dānatoꝝ ad cētū milia diabolos. Ido de talibꝫ dr̄. An ignoras qm̄ benignitas dei ad pniam te adducit. Scdm duriciā aūt tuam ꝛ coꝛ impenitēs theſaurizas tibi irā i die ire ꝛ reuelatōis iuſti iudicij dei. q̄ reddet vnicuiq ꝫ ſm opa eiꝰ. ad Ro. ij. No. o miſer peccator. an ignoras te eſſe in peccato. et benignitas dei ad pniam te adducit. qui tamē ad penitentiā noluit adducere angelos peccātes. Sed immediate ꝯ eos facta fuit executio. ꝛ hoibꝫ dat ſpaciū pnie. Sed q̄n nolūt ꝯuerti q̄n moriunt̄ cadunt i inferno. Anctas cuꝫ ſecretis. Qui ceciderit ſup lapidem iſtum confringet̄. ſup quem ꝟo ceciderit conteret eum

Mat. xxj. Dico tercio ꝙ aliq̄ moriunt̄ in peccato veniali ſoluꝫ. Ideo dr̄ tercio cecidit licet fecerunt multa peccata mortalia tamen fecerunt pniam: ſed nō condignaꝫ. Iſti tales quādo moriunt̄ nō ſtatim vadūt ad padiſuꝫ. nec ad infernū cꝫ q̄ cōfeſſi fuerunt. ſed vadūt ad purgatoriū. qō eſt domꝰ plena ignis q̄ virtute diuina cruciat aias magis. q̄ ſi aia eſſet in furno ardenti. Nota dicit. ſ. Tho. in. iiij. di. xxj. q. j. ar. j. q. iij. ꝛ. iij. pte. q. xlvj. ar. vj. ad ſcđm. ꝙ mima pena purgatorij ē maioꝛ q̄ maxima hic. Et pena purgatorij ſemꝑ taxat̄ ſm quantitatē peccati. vt dicit. ſ. Tho. in. iiij. di. xx. quia tm̄ eſt ad ſoluendū peccatū. Et pena purgatorij purgat illa reatu pene in ſoluendo penam. vt dicit. ſ. Tho. iiij. di. xxj. q. j. ar. iij. q. ij. Et ideo dr̄. Si quis ſupedificat ſup fundamentū hoc auꝝ. argentū. lapides p̄cioſos. ligna. fenum. ſtipulam. detrimentū patiet̄. ipſe tamen ſaluꝰ erit. ſic tn̄ quaſi ꝑ ignem. j. ad Coꝛ. iij. No. ſi quis ſupedificat ſup fundamentū hoc. ſ. fidei. quia ad purgatoriū nō vadūt niſi xp̄iani q̄ ſtant ſupra fundamentū fidei. ſed edificauerūt ligna. fenū. et ſtipulā. .i. petm̄ veniale. Ideo patiunt̄ in illo igne Pro quo notandū ſm. ſ. Tho. iiij. ſcrip. di. xxj. q. j. ar. ij. q. j. ꝙ triplex differentia ponit̄ peccatoꝝ venialiū. Quia quedā ſunt grauiſſima in genere venialium ꝛ difficillime purgabilia. Et hec ꝑ lignū ſignant̄ Quedā minima que per ſtipulā ſignificant̄. Quedā media que ꝑ fenū ſignificant̄. Ratio dictoꝝ. quia venialia charitati adiuncta poſſunt ꝑ aliquam penā cōſumi. Ideo cōuenienter ſm methaphorā ſignificant̄ illis que ꝑ ignē conſumunt̄. Et qꝛ quāto aliquod petm̄ eſt grauꝰ. tāto difficilius purgat̄. ꝛ in peccatis venialibus inuenit̄ alteꝝ altero grauius. ideo ꝯuenienter coꝝ diuerſitas ſignificat̄ ꝑ diuerſitatem coꝝ que facilꝰ ꝛ tardiꝰ conſumunt̄ ab igne. Et quia pfectio cuiuſlibet quantitatis ternario comprehenditur ꝓpter pncipiū. mediū ꝛ finē. idō triplex differentia peccatoꝝ venialiū. vt patuit ponit̄. His dictis conſonat beatus Auguſtinus. cuiꝰ verba magiſter ponit in. iiij. diſt. xxj. Dicunt tamen doctores ꝙ minima pena purgatorij eſt maior omni pena huiꝰ mundi quod ꝛ ſanctus Thomas concorditer tenet vt patuit. Nota practicā quomō aīa cadit in purgatorio de manibꝫ boni angeli. Et dicit anima in purgatorio exiſtēs. malicie diaboli. Ne leterſ inimica mea ſup me. qꝛ cecidi

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

ſupple in purgatorio.qꝛ conſurgā.ſupple ꝯple
ta pnia. Mich.vij. Ecce terciū cecidit Di
co quarto.ꝙ aliqui moriunt̄ in grā ſpūali pu
re.ſicut ſunt hoīes vel mulieres.q̄ tenēt vitā
apoſtolicā ſeu ſpūalem.q̄ licet fecerint pecca
ta mortalia.tamen fecerūt ꝯdignā pniam.cō
fitent̄ ſepe ⁊ cōmunicāt ⁊ plorāt ſua peccata
⁊ faciunt magnas pnias.⁊ lucrant̄ magnas
indulgētias ⁊c̄.intm̄ ꝙ ſi ponerent̄ in ſtatera
diuine iuſticie omnia bona que fecerūt ⁊ bo
na opa in vna pte ⁊ mala in alia plꝰ pondera
rent bona q̄ʒ mala.tales quādo moriunt̄ via
recta vadunt ad paradiſum.⁊ aſcendunt ad
gloriam celeſtē. Et de iſtis dicit aplꝰs. Sci
mus em̄ qm̄ ſi terreſtris domꝰ noſtra huiꝰ ha
bitationis diſſoluat̄.ꝙ edificatōeʒ ex deo ha
bemꝰ nō manufactaʒ.ſed eternā in celis.ij.ad
Coꝛ.v. De qualibet tali aīa beata dr̄ in euā/
gelio.cecidit in terrā bonam. Luce.viij De
qua Dauid. Credo videre bona dn̄i in terra
viuentiū. Cauete ne cadatis ꝺ paradiſo. Di
cit Dauid. Impulſus euerſus ſum vt cade/
reʒ:⁊ dn̄s ſuſcepit me. Fortitudo mea ⁊ laus
mea dn̄s:et factus eſt mihi in ſalutē.in pſal.
cxvij. Nota impulſus.ſ.in morte per diaboli
tentationes.ſed dn̄s ſuſcepit me. Qui mittit
angelos ſuos ⁊c̄. Laus mea.ſ.in aere ꝯtra de
mones qn̄ dixi Deo grās qui liberauit me ꝺ
tali peccato de quo ille ꝓditoꝛ me tētauit ⁊c̄.
dn̄s factus eſt mihi in ſalutem.quando dat
mihi gloriam celeſtem.

Sermo.iij.

D Atus eſt mihi ſti
mulꝰ carnis mee.ij.ad Coꝛ.xij. Pro
huiꝰ verbi declaratōe eſt ſciendū.ꝙ
inter multa ⁊ magna mala ⁊ miſerias huius
mūdi ſunt duo.ſ.ꝓmptuoſitas ad malum.⁊
difficultas ad bonū. Ad malū āt inclinamur
naturalit̄. Et iō dr̄. Senſus ei et cogitatio
humani cordis in maluʒ ꝓna ſunt ab adole/
ſcentia ſua Geñ.viij. Sed difficultas eſt qui
vult viuere ſancte ⁊ ordinate.ſ.iuxta dei vo/
luntateʒ.impedit̄ ⁊ retrahit̄ ab extra.ſ.carne
Sicut em̄ equꝰ qui de ſe eſt leuis impeditur
tm̄ a curru quē trahit.ita etiā anima q̄ de ſe ē
leuis ad currendū ad paradiſum.retrahitur
onere carnis.qꝺ trahit et contradicit. Ideo
apl's. Caro ꝯcupiſcit aduerſus ſpm̄.ſpūs ad
uerſus carnē.ad Gal'.v. Multi vellēt viuere
in humilitate ⁊ caſtitate ⁊ ſic de alijs.ſed im/
pediunt̄ a carne. De hoc cōplangēdo ſe apo
ſtolꝰ dicit. Cōdelectoꝛ em̄ legi dei ſm̄ interi/
oꝛē hoīem. Video aūt aliā legē i mēbris me/
is repugnantē legi mētis mee ⁊ captiuanteʒ
me in legē peccati.q̄ eſt in mēbris meis. Infe
lix ego homo quis me liberabit ꝺ coꝛpe moꝛ
tis huiꝰ.ad Roma.vij. Iō ex hac difficultate
aliq̄s dimittit bonā vitā.ſʒ ſm̄ interioꝛē ho/
minē inſtigat̄ ad vitā ꝟtuoſā.quēadmodū ſti
mulat̄ aſinꝰ vt vadat. Iō apl's de ſtimulo ſuo
dicebat thema. Datꝰ ē mihi ⁊c̄. Ptʒ g̃ thema.
Et inuenio in ſacra ſcriptura.ꝙ xp̄s hʒ quat
tuoꝛ ſtimulos quibꝫ diuinitus excitamur vt
vadamꝰ ad paradiſum.

Primꝰ eſt doloꝛ coꝛꝑalis affligens.
Scd̄s ē doctoꝛ coꝛdialis ꝯpungens.
Tercíꝰ eſt timoꝛ iudicialis configens.
Quartꝰ eſt amoꝛ ſpūalis purgens.

De ꝑmo ſingularit̄ loquit̄ thema.datꝰ eſt ⁊c̄.

Dico ꝑmo ꝙ deꝰ hʒ ſtimulū de doloꝛe coꝛ
ꝑali affligēte.ne.ſ.pigritemur i bona vita.
Sicut ſunt infirmitates.doloꝛes.pauperta
tes.fames.ſiccitates.moꝛtalitates ⁊c̄. Nō cre
datis ꝙ deꝰ delectet̄ in nr̄is mal'.ſed rō ꝑnci/
palis noſtraꝝ afflictionū ex pte dei ē reductō
exercitatio ⁊ ꝓmotio ad bonū.et tandē intro
ductio ad gl'iam. Nota ad hoc ſil'itudinē de
iumēto qꝺ poꝛtat onꝰ ꝙ nō delectabilit̄ ver/
berat̄ a dn̄o ſuo.ſed ſi deuiat a recta via.tunc
ꝑcutit̄.⁊ ad viā reducitur ꝑ flagelluʒ. Si ꝓo
nō deuiauit adhuc cū flagello ꝑcutit̄ nō dele
ctabilit̄.ſed vt citꝰ vadat.⁊ vlteriꝰ ꝑcutitur vt
currat.⁊ tandē ad domū veniat. Sic etiam
via ad paradiſum ē bona vita. Hec via.am/
bulate in ea.neqꝫ ad dexterā neqꝫ ad ſiniſtrā
declinabitis. Iſa.xxx. Sʒ aliquotiēs hoīes
deuiāt ad dextrā amoꝛe ꝓſpitatis dimitten/
tes bonā vitā.⁊ faciūt ꝯ dei mādata.vl' ad ſi/
niſtrā timoꝛe aduerſitatis vt fugiāt mala di
mittūt bonā vitā. Videns g̃ deꝰ ꝙ iumentuʒ
ſuū deuiat a via recta.ſtimulat ipm̄ flagello
infirmitatis vel famis.doloꝛis vel moꝛtalita
tis q̄ tangūt carnē.vt dicat hō. Si ego eſſeʒ
in via bone vite.nō ſtimularet me.⁊ ſic redu/
citur ad viā.conterēdo.ꝯfitēdo ⁊ remittendo
⁊c̄ Si foꝛte ſit in via.ſed vadit tarde.tepide.
⁊ ſpacioſe.ſtimulat̄ etiā a deo.vt citꝰ ambu/
let ꝑ bona opa accelerādo ⁊ feſtinādo ad bo/
nam vitā.melioꝛando ſe.ſ.cuʒ maioꝛi feruoꝛe
ſpūs.vt diligentiꝰ faciat bona opa. Hanc ſti
mulatōem ⁊ ſil'em tangit Dauid q̄ de ſe dice
bat deo. Ut iumētū factꝰ ſum apud te.⁊ ego
ſemꝑ tecū. Tenuiſti manū dexterā meā.et in



Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



voluntate tua deduxiſti me: ⁊ cū glīa ſuſcepi-
ſti me. ps. lxxij. Nā dauid optime ſentiebat ſti-
mulū dei. iō ſi erat extra viā. ſtatim reduce-
bat ſe ad viā dicēdo. Miſerere mei deus ⁊c̄.
Sed ſi iā erat in via feruēti⁹ opabat. iō dicit
vt iumētū fact⁹ ſū. Hic apparet defect⁹ nr̄. qa
nō poſſum⁹ dicere. vt iumētū fact⁹ ſum. ſꝫ mi-
nus ꝙ̄ iumentū. qm̄ iumētū ſi ē extra viā et
flagellat a dn̄o ſuo: ſtatim reducit ſe ad viam
Nā videt hr̄e rōem ⁊ cognoſcere. qꝛ ideo ꝑcu-
tit a dn̄o. qꝛ ē extra viā. ⁊ tu q̄ ꝑ pctā es extra
viā bone vite. ⁊ de⁹ flagellat te. ⁊ tu nō cogno-
ſcis. nec ꝓpter h̄ redis ad viā. imo multi ex h̄
efficiunt peiores. ideo nō potes dicere cū da-
uid. vt iumentū fact⁹ ſum. ſed min⁹ ꝙ̄ iumen-
tū. Itē ſi iumentū ſit i via. ⁊ ꝑcutit a dn̄o. ſta-
tim meliorat paſſum accelerando. q̄ſi cogno-
ſcat ꝙ dn̄s ideo ꝑcutit ipm̄. Et qn̄ tu hō vel
mulier a dn̄o flagellaris. facis oppoſitū. nō ſo-
lū nō melioras te. imo i corde tuo recipis in-
dignatōem ꝯ deū. dicendo malas grates ⁊c̄.
Nōne videt vobis ꝙ ſum⁹ min⁹ ꝙ̄ iumentū.
De h̄ ſtimulo dicit apl's. Ne magnitudo re-
ue. extol. me. i. extra viā tollat. dat⁹ eſt mihi
ſtimul⁹ carnis mee. angel⁹ ſathane q̄ me cola-
phizet. ij. ad Coꝝ. xij. Paul⁹ ē ſup oēs morta-
les. ⁊ habuit donū reuelationū. qꝛ ſicut ami-
cus oñdit amico totā domū ſuā. ita xp̄s oſtē-
dit paulo padiſum ⁊ ordines angeloꝝ ⁊ om-
nia edificia padiſi pl⁹ ꝙ̄ Iohi. intantū ꝙ dicit
Aug. ꝙ oñdit ſibi diuinā eſſentiā. Paul⁹ eñi
in raptu vidit diuinā eſſentiā. vt dicit ſctūs
Tho. i. pte. q. xij. ar. xi. in ſolutione ad ſecūdū
vbi ſic dicit. ꝙ ſicut de⁹ aliquid miraculoſe
ac ſupnaturalit̄ i rebus corporeis operatur.
ita etiā ⁊ ſupnaturaliter ⁊ pter cōmunē ordi-
nē mentes aliquoꝝ in hac carne viuentium
ſed nō ſenſib⁹ carnis vtentiū vſqꝫ ad viſionē
ſue eſſentie eleuauit. vt dicit Aug. xij. ſup Ge-
neſim ad lr̄am. ⁊ in libro de videndo deū de
Moyſe. q̄ fuit mgr̄ iudeoꝝ. ⁊ Paulo. qui fu-
it mgr̄ gentiū. Hec. ſ. Tho. ibi ſupra. Idē di-
cit in. iiij. diſt. xlix. ⁊ in de veritate. q. xiij. ⁊ ſe-
cūda ſcd̄e in materia de raptu. Ideo ne ma-
gnitudo reuelationū eū extolleret. datus fu-
it ſibi ſtimul⁹ carnis. gloſa verior dicit. ꝙ iſte
ſtimul⁹ fuit dolor lateris. ſ. pūctio. Si dicat.
hoc impediebat eū ne ita cito ambularet ſibi
auferendo ieiunia. pdicatōnes ⁊c̄. Rn̄deo. ꝙ
apl's pficiebat ex patientia illa ⁊ hūilitate do-
loris. qꝛ erat ita ſanctus ꝙ curabat alios in-
firmos. ⁊ ꝙ ita pateret patiēter. Si ḡ apl's
tam ſanctus indigebat ſtimulo. quāto magis
nos peccatores debem⁹ patiēter ſuſtinere fla-
gella. Scd̄s ſtimul⁹ eſt doctor cordial' pū-
gens. Iſte eſt pdicator verbi dei. qui ꝑ aures
ſtimulat ⁊ pūgit cor vt ad deū veniat. Sec⁹
eſt de pdicatore ſeu doctore curioſo q̄ predi-
cat verba ornata. qꝛ iſte nō pungit cor. ſed ſo-
lū aures. Sꝫ pdicator q̄ pdicat verba ſacre
ſcpture. pungit cor ſupbi quādo reducit ad
viā humilitatis. vel auari qn̄ reducit ad viā
liberalitatis ⁊ miſcd̄ie reſtituendo. ⁊ ſic de a-
lijs. De iſto modo loquendi ad cor dic̄ Iſa.
Dicit dn̄s deus veſter. loquimini ad cor hie-
ruſalem ⁊ aduocate eam. Iſa. xl. Nota. loqui-
mini ad cor. nō dicit ad aures ipſas demul-
cendo ricmis ſeu verbis poetaꝝ. Hieruſalē
dr̄ hic anima. De iſto ſtimlo auctas. Verba
ſapientiū ſicut ſtimuli. et quaſi claui in altū
defixi. que ꝑ magiſtroꝝ conſiliū data ſunt a
paſtore vno. Eccl's. xij. Nota. verba ſapienti-
um. i. predicatoꝝ. Quia ſicut iuriſte vulgari-
ter dicunt ſapientes. quia ſciunt leges vl' ca-
nones ⁊ allegatōes ⁊c̄. faciunt fieri iuſticiā de
receptis ſeu iniuriatis. ita predicatores ſacre
ſcripture faciunt iuſticiā fieri. ſ. pniam pecca-
toribus a diabolo deceptis. que eſt quedā iu-
ſticia pnialis. Pnia eñi eſt virt⁹ ſpecialis mo-
ralis. non theologicalis. Et eſt pars iuſticie
ꝯmutatiue ſubiectiua vt dicit. ſ. Tho. iiij. di.
xiiij. ⁊ iij. parte. q. lxxxv. ⁊ ſic pdicatores ſacre
ſcripture faciunt iuſticiā fieri peccatoribus.
ſcꝫ punitionē. Verbi gratia. Diabol⁹ vt fal-
ſus emptor modico precio emit animā pec-
catoris. in qua emptione ē fraus vltra dimi-
diū iuſti precij. quando conſulit homini vt
faciat vſuram. furtū. rapinam. vel ꝙ retineat
ſibi decimā vel alias res. ⁊ homo ſibi conſen-
tit. tūc vendit diabolo. Ideo quid debes fa-
cere. venire ad iuriſtā leges ſcientē ⁊ canones
ſacre ſcripture. ⁊ ſic pdicator pdicando dicet
ꝙ debes facere reſtitutōē. ſi aliquid fuiſti lu-
cratus in ludo cum taxillis Et hoc quando
tentauit vel decepit te diabol⁹ auaricia. Se-
cundo diabolus decipit de luxuria iuuenes
ſuggerens ꝙ eſt magna delectatio. tu parent
ſibi ad punctū: gloriam paradiſi amittis. et
perdis omnia merita i puncto quādo tu cō-
ſentis ſibi. qꝛ ꝑ vnū pctm̄ mortale omnia bo-
na opa mortificant. De bonoꝝ opeꝝ morti-
ficatiōe. vide. ſ. Tho. in. iiij. diſt. xiiij. Veni ḡ
ad ſapientē in pdicatōe habebis ꝯtritōem. et
ſtatim oia ꝑdita tibi reſtituent. Ecce rō q̄re

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



p̄dicatores dicunt̄ ſapiētes. Auctas xp̄i. Ec/
ce mitto ad vos ꝓphetas. ſapiētes et ſcribas.
Mat. xxiij. Scd̄o dicit. ſicut ſtimuli. dic̄ ꝙ
ꝟba p̄dicatoris ſunt ſicut ſtimuli q̇ pungūtꝯ
difficultatē ad bn̄ opandū. ꝛ quaſi claui in al
tū defixi ꝯ pnitatē ad malū. que p mgr̄oꝝ cō
ſiliū. gloſa ordinaria ꝓphetaꝝ. q̄ſtū ad vet⁹ te/
ſtamentū. ꝛ apl̄oꝝ. q̄ſtum ad nouū. data ſunt
a paſtore vno. ſ. xp̄o.  Terci⁹ ſtimulus eſt ti
mor iudicialis cōfigēs. i. clauificās. Int̄ alia
que multū retrahunt hoiem a malo ꝛ a pctō
ꝛ excitāt ad bonū. eſt timor iudicij pticularis
vel generalis. ad qđ oportꝫ nos venire. ꝛ for
te citi⁹ q̄ꝫ credamus. Jō debet q̇libet intra ſe
cogitare. vł cogitando dicere. O miſer vide
am⁹ quē computū reddā deo de vita mea. et
q̇d r̄ndebo xp̄o mihi dicēti. Ecce q̇d feci pro
te. videam⁹ q̇d tu feciſti p me. Benedict⁹ erit
qui tūc poterit dicere ꝛ r̄ndere: dicēdo. Dn̄e
ego erā ſupbꝰ. ſed amore ꝛ exēplo vr̄o fui hu/
miliat⁹. ꝛ ſic de alijs. Sed videatis de illis q̇
nihil fecerūt p xp̄o. ꝛ hoc timore q̇libet debꝫ
ſe a peccatꝭ cuſtodire. Sed ꝛ hoc timore ani
malia irrationabilia vincunt nos. que a ma
ximis ꝯcupiſcētijs abſtinēt timore periculi.
Verbi gratia. Canis licet famelicus abſtine
bit. nec recipiet panē ſi dat̄ ſibi cū virga in ca
pite. vel cū pūcto gladij. ꝛ nos min⁹ q̄ꝫ beſtie
nolum⁹ abſtinere a peccatis timore gladij di
uine iuſticie ꝛ damnatōis. immo deſpicim⁹.
Ideo ꝯ pctōribꝰ dicit Dauid in p̄s. Niſi cō/
uerſi fueritis gladiū ſuū vibrauit: arcū ſuum
tetendit et parauit illū ꝛc̄. Ideo Dauid orā/
do dicebat. Confige timore tuo carnes me/
as: a iudicijs eñ tuis timui. i p̄s. cxviij. Iſte
ſtimul⁹ facit magnū bonū. No. hic exemplū
de vno iuuene q̇ ſomniādo fuit interrogat⁹
a xp̄o in iudicio. et ſubito ex timore tot⁹ fact⁹
fuit canus. i. albus. Iſto ſtimulo Paul⁹ fuit
ꝯuerſus. q᷑ quādo xp̄s ſibi dixit. Saule ſau
le durꝫ eſt tibi ꝯtra ſtimulū calcitrare. Actuū
ix. Cui xp̄s oſtendit ſe vt dicūt gloſe. ſicut ſta
bit in iudicio. Paul⁹ ſtatim tremēs ac ſtupēs
dixit. Dn̄e quid vis me facere. De iſto ḡ iudi
cio cogitate: dicēdo. videam⁹ ſi ego mō mo/
rerer q̇d eſſet de anima mea. quia tā malam
vitaꝫ teneo ꝛc̄. Circa p̄dicta nota. q. ſ. Tho.
iij. parte. q. lvij. ar. vj. in ſolutōe ad terciū di/
cit. ꝙ Paul⁹ in ſua cōuerſione vidit xp̄m cor
poraliter.  Quart⁹ ſtimul⁹ eſt maior alijs. ſ.
amor ſpūalis vrgens. Qn̄ ea que quis facit:
facit ex charitate dei et ꝓximi. ſolo puro amo
re facit. dato ꝙ nō eēt infern⁹ nec aliqua aliā
pena. ſed ſicut philocapti q̇ ſtulto amore per
dūt ſomnū et potū et cibū. Sic etiā de illis
q̇ ſunt ita philocapti de deo. ꝙ amore ei⁹ per
dūt ſomnū vigilādo in oīm̄ibꝰ pdūt cibuꝫ et
potū ieiunādo. ꝛ laborant p bona opa. Iſto
ſtimulo purgebant̄ apl̄i et xp̄i diſcipuli. quia
nō timore Nam pfecta charitas mittit foris
timorē. immo exponebāt ſe periculis ꝛ aduer
ſitatibꝰ p̄dicādo fidē xp̄i in honorē dei et ſal/
uatōem animaꝝ dicentes. Charitas dei vr/
get nos. ij. ad Cor. v. De iſto tumulo dic̄ au/
ctoritas ſacre ſcpture. Qui tenet aratrū. et q̇
gloriat̄ in iaculo. ſtimulo boues agitat. et cō/
uerſat̄ in opibꝰ eoꝝ. Ecci. xxxviij. Nota q̇ te/
net aratrū Araꝝ eſt lingua p̄dicatoris arās
terrā cōſcientiaꝝ vt faciat fructū. ꝓuocando
ſuperbū ad humilitatē. auaꝝ ad miſericordi
am et liberalitatē. ꝛ xp̄s tenet eā i manu ſua.
q᷑ al's nullus poſſet fructuoſe p̄dicare. Ho/
minis eſt animū p̄parare. ſ. legēdo. ſtudendo
ꝯtemplādo. et dn̄i ē gubernare linguā. Pro/
uer. xvj. ſ. p̄dicando. Itē qui gloriat̄ in iacu/
lo. ſ. virga que eſt ſcriptura. Et ſumitur p au
ctoritate ſeu poteſtate regali. ꝛ ideo dr̄. Con/
ſurget virga de iſrael. et pcutiet duces Mo
ab Numeri. xxiiij. Nullus rex poteſt gloriari
iaculo. quia vicem gerentes et officiales xp̄i
ſolū ſunt: niſi ſolū dn̄s Jeſus xp̄s. qui habet
auctoritatē et poteſtatē regalē. Qui ſtimulo
ſui amoris boues agitat. ſ. potētes in poten/
tia et ſcientia pfectos. quia oues. i. ſimplices
tribꝰ primis ſtimulis agitant̄.

Dominica in ſexageſima.
Sermo. iiij.

Exijt qui ſemiāt ſe
minare ſemē ſuū. Luc. viij. In p̄nti
ſermōe cogitaui tenere modū queꝫ
tenēt iſti magiſtri domoꝝ (notabił ſermo) q̄n
volūt edificare vnā magnā domū ſeu turriꝫ
p̄mo ponūt fundamentū forte. taliter ꝙ edifi
ciū nō poteſt cadere vento vel pluuia nec ter
remotu. deinde edificāt cameras ad habitā/
dū. Sic volo facere nūc in iſto ſermōe. p̄mo
ponā fundamentū. ꝛ forte pl⁹ q̄ꝫ celū nec ter/
ram. ſ. verbū dei. i. hyſtoriā euāgelij. de q̇ dic̄
xp̄s. celū ꝛ terra trāſibūt. verba aūt mea non
tranſibūt. Luc. xxj. Et poſito iſto fundamen
to edificabo plures cameras. ſ. intelligētias
ſpūales in q̇bꝰ habitent aīe noſtre ꝯtemplā/
do. Dicat̄ breuiter hyſtoria euāgelij ad lr̄am



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

# Dominica in ſexageſima

Ecce fundamentū poſituz. de quo apl's. j. ad
Coꝛ. iij. Fundamentū aliud nemo pōt po/
nere pter id qȯ poſitū eſt. quod eſt xp̄s ieſus.
glo. Fides ieſu chꝛiſti. Sup iſto fundamen
to edificabo tres cameras. i. tres intelligenti
as ſpūales. p animab⁊ noſtris.

Prima vocatᷣ anagogia. i. ſupnaturalis. q̄
eſt de mundiali creatione.

Secunda vocatᷣ allegoꝛia vel figuralis. q̄
eſt de humana redemptione.

Tercia vocatur tropologia vel moꝛalis q̄
eſt de euangelica p̄dicatione.

Dico pmo ꝙ pma camera vocatᷣ anagogia
ab ana qȯ ē ſurſū. ⁊ goge ductio. i. ſurſum du
cēs. qȯ ē qn̄ facta vel dicta i ſacra ſcptura ex/
ponunᷣ de his q̄ ſperamꝰ in celeſti glia Dicit
aūt pma ps euāgelij. Exijt q̄ ⁊c̄. No. Exijt de
us i mūdiali creatōe. Creare pōt dici ſemia/
re. Ratio. qm̄ ſicut agricola ſeminās ſemina
p diuerſos ſulcos vel agros ſiue areas: mit/
tit ſemē ſuuz. ſic ⁊ deꝰ. Cogita ꝙ totꝰ mūdꝰ ſit
quaſi vnꝰ campꝰ quē deꝰ ſeminauit, ꝓpꝛio ſan/
guine ⁊ nō de alieno. Et pmo ſeminauit i ce/
lo nouē ſulcos. i. nouē oꝛdines angeloꝝ de
puro ſemine. ſ. ſubſtātijs ſpūalib⁊. pmꝰ ſulcꝰ q̄
ē in ingreſſu celi empirei vocatᷣ angeloꝛuz. ſe/
cundꝰ archāgeloꝝ. terciꝰ pncipatuū. quartus
poteſtatū. quintꝰ virtutū. ſextꝰ dn̄ationuz. ſe/
ptimꝰ thꝛonoꝝ. octauꝰ cherubin. nonus ſera
phin. Et in quolibet ſunt tot milia milium.
Deinde deſcēdēdo ſemiauit celū criſtallinū.
qȯ al's dr̄ aqueū. a philoſophis ſo vocatᷣ pri
mū mobile. in quo nō ſunt ſtelle. Deinde de/
ſcendēdo in ſulco firmamenti ſemiauit ſtel/
las. ſ. ſolē. lunā ⁊c̄. Itē deſcendēdo ſeminauit
elemēta pura. ſ. ignē cū ſuis qualitatib⁊. aerē
cū auib⁊. aquā cū piſcib⁊. terrā cū animalib⁊.
plantis ⁊ homib⁊. fontib⁊ ⁊ metallᷣ. Ecce quō
creare dr̄ ſeminare. Et poſſumus dicere. Do
mine. nōne. i. imo. certe. bonū ſemē ſeminaſti
in agro tuo. Mat. xiij. De hoc dicit thema.
Exijt q̄ ſeminat ſeminare ſemen ſuum. nō ſe/
men alienū. Et iſte eſt intellectꝰ anagogicꝰ. i.
ſupnaturalis. Nota cū dicit. Exijt ſeminare
ſuppl'e deꝰ creatoꝛ. Sed vnde exiuit. Querūt
aliqui vbi habitabat deꝰ ante mūdi creatōez
Reſponſio. ꝙ an̄ mundi creatōez habitabat
deus in ſecretiſſima camera eternitatis ſue. i
qua etiā habitat modo. vbi ſunt pater. filius
⁊ ſpūſſanctus. que ē camera maioꝛ celo ⁊ ter/
ra ⁊ toto mūdo. nec p ſe creauit mundū. ſed p
nobis ad habitandū. De habitatiōe aūt dei
dicit ꝓpheta Iſa. lvij. Dn̄s excelſus et ſubli/
mis habitans eternitatē. vbi erat ſecretus ⁊
inuiſibilis et incognitus ab omni creatura.
Iō ꝓpheta. Vere tu es deꝰ abſcōditus. deꝰ iſ/
rael ſaluatoꝛ. Iſa. xlv. Exiuit autē de came/
ra eternitatis in creatōe mūdiali. nō dimittē
do eternitatē. ſed dr̄ exire manifeſtando ſe. fa
ciendo ſe cognoſcibilē p creaturas. ſicut di/
cit phs. ꝙ virtus exit ad extra p opatōem. vt
patet in ferro ignito ſi tangatᷣ. ⁊ radix dr̄ exi/
re extra p germinatōem. qn̄ in tpe veris exe/
unt floꝛes ⁊c̄. tn̄ nō radix nec arboꝛ mouet ſe
de codez loco. Sic radix diuinitatis exit ad
extra ad ramos. ſ. ad creaturas p q̄s cognoſ/
citᷣ ⁊ manifeſtatᷣ tanq̄ p effectꝰ ⁊c̄ Auctas In
uiſibilia dei a creatura mūdi p ea q̄ facta ſūt
intellecta conſpiciunᷣ. ſempiterna q̄z eiꝰ ſtꝰ.
ita vt ſint inexcuſabiles. ad Ro. j. No. inuiſi/
bilia dei. ſ. potētia. ſapiētia. diuitas. maieſtas
⁊c̄. Ecce quare dicit. Exijt ⁊c̄. Sed nota. cū
dicit ꝙ q̄ttuoꝛ ptes facte ſunt de ſemie. quia
aliud cecidit ſecꝰ viam ⁊ ꝯculcatū eſt. ⁊ volu
cres celi comederūt illud. Hoc ſemē fuit Lu
cifer cuz ſuis ſequacib⁊. ſ. malᷣ angelᷣ. qȯ ceci/
dit ſecꝰ viā. i. deū. q̄ dicit. ego ſum via. Iohā.
xiiij. Dic practice caſū ſuū. Qui cū videret ſe
ſup oēs creaturas excellentioꝛē ſm Greg. vo
luit ſe deo parificari. ⁊ ſuū pcm̄ reuelauit oi
bus angelᷣ. ⁊ multi ſibi ꝯſenſerūt de quolibet
oꝛdine. Boni aūt. ſ. Michael. gabriel ⁊c̄. cuz
alijs ꝯtradixerūt, ꝓpter qȯ Lucifer cū ſuis ce
cidit ď celo in infernū. Cui dixit ꝓpha. Quō
cecidiſti de celo lucifer q̄ mane oꝛiebaris. coꝛ/
ruiſti in terrā. Iſa. xiiij. Vnde ſequitᷣ in euan
gelio. Et cōculcatū eſt. ſ. a bonis angelis cō/
tradicentib⁊. ipſum cū ſuis ſequacib⁊ de ce/
lo eijciendo. Et volucres celi. i. ſupbe elatio/
nes coꝛdis. comederunt illud. i. deſtruxerūt
irrepabiliter. intm̄ ꝙ paſſio xp̄i nihil eis pfe/
cit. Aliud cecidit ſupra petrā. ⁊ oꝛtum aruit.
quia nō habebat humoꝛē. Hec ps fuerūt pri
mi parētes. ſ. Adā ⁊ eua. Hoc ſemē cecidit ſu
pꝛa petrā. ſ. inobediētie comedētes de fructu
vetito. Et natū aruit. quia dicunt doctoꝛes
ꝙ adā ea die qua natꝰ eſt de matre virgine. ſ.
terra. que nondū fuerat coꝛrupta aliquo pec
cato. aruit. i. peccauit. q2 nō habebat humo/
rē. ſ. grē dei. nec charitatꝫ. nec deuotōis. q̄ vi/
uificāt aiam rōnalē. Aliud cecidit intᷣ ſpinas
⁊ ſilᷣ exoꝛte ſpine ſuffocabāt illud. Hoc ſemē
fuit totū genꝰ hūanū ab adā deſcendētiū. qȯ
cecidit intᷣ ſpias. ſ. pcōꝝ penalitatū ⁊ multaꝝ

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



tribulationū.miſeriaꝝ.neceſſitatū ⁊ īfirmita
tū.⁊ ſimul exorte ſpine ſuffocauerūt illud.ſ.ꝑ
mortē corꝑalē q̄ totū ſuffocat Sec⁹ ſi adā nō
peccaſſet. Aliud cecidit ī terrā bonā.⁊ ortū
fecit fructū centuplū.ſ.angeli boni q̄ ſteterūt
fortr̄. Qui poſt caſum maloꝝ angeloꝝ ceci/
derūt corā deo ꝑ verā obediētiā:dicētes. Nō
ē equū ꝙ creatura equiparet̄ creatori. Et or/
tū fecit fructū centuplū.ſ.glīe ꝯfirmate.qꝛ ſi
cut mali angeli fuerūt humiliati.ita boni fu
erūt exaltati ⁊ ꝑ grāꝫ cōfirmati. Auctoritas
Suꝑbū ſeq̄tur humilitas.⁊ humilē ſpū ſu/
ſcipiet glīa. Prouer.xxix. Nota.ſuꝑbū.ſ.luci
feꝝ.ſequit̄ hūilitas ⁊ deiectio.⁊ humileꝫ ſpū
ſuſcipiet glīa.ſ. Michael. Ecce hic prima ca
mera ꝓ ꝑſonis ſpeculatiuis ⁊ ꝯtemplatiuis.

Secūda camera vocat̄ allegoria ſeu figu/
rat̄.q̄ eſt de humana redēptōe. Dicit̄ allego/
ria ab aleon qđ ē alienū.⁊ goge ſnīa quaſi ali/
ena ſnīa.q̄ndo vnū factū ſignificat aliud cre/
dendū in ſancta fide catholica.⁊ exponitur d̄
deo. Cū ergo dicit. Exijt q̄ ſeminat ⁊c̄.allego
rice pōt exponi de incarnatōe filij dei.que po
teſt dici ſeminare. Nota.ſicut ille q̄ ſemīat in
tēdit ml̄tiplicare ⁊ fructū habere ꝓpter quod
eligit terrā bonā nō ſpinoſam vel arenoſam
nec petroſam. Sic fecit de⁹ pr̄ in filij ſui in/
carnatōe.qꝛ licet ī mūdo fuiſſent multe ml̄ie
res ſancte.tñ vltra q̄nq̧ milia annoꝝ ſpecta/
uit terrā bonā.dignā ⁊ ſanctā.ſ.ꝟginē Ma/
riā optime cultā.in qua nunq̧̄ fuit mala her
ba peccati in qua ſeminauit illud ſuꝑbenedi
ctū ſemen.de quo Lu.viij. Semē eſt verbuꝫ
dei.quod verbū caro factū eſt. Jo.j.vt mul/
tiplicaret.⁊ fructū faceret ineſtimabilē ſācta
rum ꝑſonaꝝ.quot apoſtoli.diſcipuli innūe/
rabiles.martyres.doctores.confeſſores. vir
gines.innocētes.penitentes ⁊ continentes.
Ecce ratio quare filij dei incarnatio dr̄ ſemi
nare. Auctās. Simile eſt regnū celorum ho
mini q̄ ſeminauit bonum ſemē in agro ſuo.
Mat.xiij. Nota in agro ſuo.ſ.virgine Ma/
ria.que ſemꝑ fuit ager dei. Ideo dicit ſpūſſā
ctus. Tota pulcra es amica mea.tota pul/
cra es.et macula nō eſt in te. Cant.iiij. Dicit
ḡ euangeliū. Exijt.ſ.deus pater. Pro quo ſci
endū.ꝙ de⁹ pater a ꝑ̄ncipio mūdi vſq̧ ad fi/
lij ſui incarnatōem habitauit in domo rigo/
ris iuſticie clauſus.ī qua habitauit vltra q̄n/
q̧ milia annos ſeruans iuſticiā rigoroſaꝫ. in
tantū ꝙ furto illi⁹ fruct⁹ qđ fecit Adam. fuit
ita rigoroſus ī iuſticia.ꝙ nunq̧̄ ꝑmiſit.ꝙ ali

qua ꝑſona humana quātūcunq̧ bona.ſācta
⁊ amica ſua intraret paradiſum. Patet ꝑ̄mo
de Adā.qui poſt peccatū fecit magnā pniāꝫ
q̄ꝫdiu vixit.ſ.nongentis.xxx.annis. Geñ.v.et
fuit mortu⁹ bon⁹ ⁊ ſanct⁹ amic⁹ dei.etiā Eua.
tamē nō ꝑmiſit eos intrare in paradiſuꝫ.im/
mo deſcēderūt ad infernū. Idē de Noe.qui
ſeruiuit deo nongentis ⁊ q̄nquaginta annis
Geñ.ix.et ſic de alijs. Quod plangēs Dauid
dicebat. Quis eſt homo q̄ viuit ⁊ nō videbit
mortē ⁊c̄.quaſi diceret.nullus.imo erat in/
tantū rigoroſus ꝙ ſtatim poſt pctm̄ vindica
uit ſe de peccatoribꝫ.vt patꝫ in diluuio Geñ.
vij. Itē de ſodoma ⁊ gomorra. Geñ.xix. Itē
de vitulo in deſerto ⁊ de multis alijs ⁊c̄. Sꝫ
in ſuꝑbenedicta incarnatōe filij ſui deus pa
ter exiuit de caſtro rigoris iuſticie ⁊ intrauit
plateā latā dulcoris miſericordie. Quia mo/
do ſi moriunt̄ pueri nouiter baptizati ſtatim
recipit eos in pad̄iſum.⁊ inueniūt ianuā ap/
tam.licet nunq̧̄ fecerūt aliquod bonū. Ideꝫ
de ꝑfecte obedientibꝫ. Idē de digne penitē/
tibꝫ quantumcunq̧ fuerunt magni peccato
res. Itē ſpectat modo ad pniam dicēs. Pe/
nitentiā agite. Matt.iiij. Ecce quomō exijt
deus pater de caſtro iuſticie ſeminare ſemen
ſuū Jeſum in agro vteri virginalis. Sed
no.ꝙ hoc ſemen cecidit quadruplicit̄. Pri/
mo cecidit ſecus viā.ſ.in natiuitate.qꝛ nolu/
it naſci in palacio vel domo.ſed ſec⁹ viam.ſ.ī
diuerſorio ſeu ſtabulo. Dic quomō Joſeph
cū ꝟgine grauida venit in bethleeꝫ.nec inue
nit hoſpitiū.nec domū.nec hoſpitale in quo
reciperent̄. Uide hoc in ſermone natiuitat̄.
Sequit̄. Et conculcatū eſt.i.deſpectū a iu/
deis.qui licet audiuerūt tot mirabilia natiui
tatis dei.claritate noctis ⁊c̄.tamē timore He
rodis noluerunt ipſum recipe nec adorare.
Ideo dr̄ in ꝑſona Xp̄i Iſa.j. Audite celi ⁊ au
ribus percipe terra:quoniam domin⁹ locu/
tus eſt. Filios enutriui ⁊ exaltaui:ipſi auteꝫ
ſpreuerūt me. Cognouit bos poſſeſſorē ſuū.
⁊ aſinus p̄ſepe dñi ſui.iſrael autem me nō co
gnouit. Et volucres celi comederunt illud.
ſcꝫ reges orientis.qui quaſi aues cito vene/
runt.⁊ ipſum ſuppliciter adorauerūt.⁊ cordi
aliter ſuſceperūt tanq̧̄ deū creatorem ⁊ ſalua
torē mundi. Secūdo cecidit ſupra petraꝫ.ſ.
in ſua cōuerſatione.quia iudei voluerunt ip
ſum pluries lapidare.maxime quādo predi/
cabat eis de ſua eternitate:dicēs. Amē amē
dico vobis añq̧̄ abraā fieret ego ſū. Jo.viij.

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

# Dominica in ſexageſima

Tulerũt lapides ꝛc. Et natũ.ſ.i cordibꝫ iude
orũ qñ incepit p̄dicare.crediderũt i eũ: dicen
tes. Hic ē heres. Mat.xxj. Sed aruit.qꝛ nõ
habuerũt humorẽ deuotõis qꝛ nõ fecit ipos
magnos dños ꝛ mḡros. vt ipſi falſe expecta
bãt de meſſia. Tercio cecidit inter ſpinas.ſ.i
ſua paſſione. qñ fuit coronatꝰ corona ſpinaꝝ
in domo pylati ꝛ in cruce iuxta ꝓphetiã ſalo/
monis.q̄ fuit tũc cõpleta. Ego ſicut liliũ int̃
ſpinas. Et ſic tandẽ ſpinoſis doloribꝫ ſuffo/
catũ eſt.ſ.ꝑ mortẽ. Quarto cecidit i terrã bo/
nã.ſ.in ſua tumulatõe qñ corpꝰ fuit poſitũ i ſã
cto ſepulcro.aĩa ꝓ̄o in lymbo ſanctoꝝ patrũ.
Et ortũ.ſ.in reſurgẽdo.fecit fructũ centuplũ
ſcꝫ ſanctoꝝ pr̃m liberatõem ꝛ nr̃am redẽpti/
onẽ. Et fuit ꝯpletũ v̄bũ qđ xp̄s dixerat. Amẽ
amẽ dico vobis.niſi granũ frumẽti cadẽs in
terrã mortuũ fuerit.ipm ſolũ manet. Si au
tẽ mortuũ fuerit.multũ fructũ affert. Jo.xij.
Nota ꝙ xp̄s compat ſe grano frumẽti.iõ di/
cũt doctores.ꝙ corpꝰ xp̄i nõ põt cõfici niſi de
pane frumẽti. Nota.ipm ſolũ manet.i.ipſe ſo
lus fuiſſet ſaluus. Si aũt mortuũ fuerit mł/
tũ fructũ affert.qꝛ oẽs credẽtes ꝑ mortẽ eius
ſi voluerint ſalui fient. Et hec eſt ſcđa came/
ra.ꝓ pſonis deuotis q̄ poſſunt i hac habita/
re cõtemplando quomõ deꝰ exiuit de domo
iuſticie in plateã miſericordie.ꝛ ſeminauit fi
liũ ꝛc. Tercia camera vocat̃ tropologia vł
moralis.que eſt euangelicał p̄dicatio. Predi
care eſt recte ſeminare. Nota iã videtis quõ
vita humana cõſeruatur ex ſemine laborato
rũ.qꝛ ałs nõ poſſumꝰ viuere. Sic etiã predi
care eſt ſeminare triticũ de grano noui teſta/
menti vel ordeũ aſperũ de grano veterꝭ teſta
mẽti i agris ꝯſcientiaꝝ noſtraꝝ. Sic eñ cõ/
ſeruatur vita ſp̃uałꝛ fides catholica.qꝛ ałs iã
vita ſp̃ualis et fides eſſent deſpecte ꝛ perdite
Auctas. Niſi dñs exercituum reliquiſſet no
bis ſemen.quaſi ſodoma fuiſſemus.ꝛ q̄ſi go/
morra ſimiles eſſemꝰ. Iſa.j. Et ad iſtuꝫ intel
lectũ dicit textꝰ euangelij. Exijt q̄ ſeminat.ſ.p̄
dicator. Nota ꝛ vñ exijt. Reſponſio. de ſtu/
dio ſeu cella.vbi debet eſſe clauſus.ſtudẽdo.
penſando et ruminãdo.ꝑquirẽdo ſemẽ i gra
narijs dñi.ſ.auctoritates.figuras.ſimilitudi
nes et parabolas. Quoniã p̄dicator q̄ vult p̄
dicare fructuoſe.non debet ire viſitando il/
lũ vel illũ.nec ponere ſe in negocijs.ałs non
poterit p̄dicare niſi fabulas.nec facit fructũ.
immo dicitis vos. O iſte tam bñ dicit.ꝛ ma/
le facit.ideo hodie cõuertunt̃ pauci noſtrꝭ p̄/
dicationibꝫ. Ecce quare dicit exijt.ſ.predica
tor de ſtudio.ſeminare ſemẽ ſuũ.ſ.xp̄i.nõ ali/
enum.ſ. Ouidij vel Virgilij.nec hominũ dã
natorum. Semen chriſti eſt biblia.vetus et
nouũ teſtamentuꝫ.hoc eſt ſemen quod facit
fructum deuotionis.amoris.charitatis.pe/
nitentie ꝛ ſaluatõis. Ideo dicit xp̄s. Qui ha
bet ſermonẽ meum.loquat̃ ſermonẽ meũ ve/
re.quid paleis ad triticũ. dicit dñs. Nũquid
nõ verba mea ſunt quaſi ignis ardens ꝛ qua
ſi malleꝰ conterens petram. Hiere.xxiij. No.
quid paleis.i.dicta poetarum ad triticũ ſcri
pture ſacre cõmiſcendo.licet qñqꝫ raro poſ/
ſit allegari aliqua auctas poetarũ ad ꝓpoſitũ
Sed facere totum ſermonẽ de dictis vel fa
ctis poetaruꝫ.hoc eſt malum. Apoſtolꝰ pau/
lus p̄dicauit.xxxvij.annis.et non legitur al/
legaſſe auctoritates poetarum niſi ter. Ecce
q̄re dicit ſemen ſuũ. De hac dabo vobis vnã
concordantiã ad ꝓpoſitum loquẽs de p̄dica/
toribus: dicens. Eũtes ibant ꝛ flebãt: mittẽ
tes ſemina ſua. Venientes aũt venient cũ ex
ultatõe: portãtes manipulos ſuos. Ps.cxxv.
Nota eũtes ibant.quia p̄dicator duobꝫ mo/
dis debet ire ad p̄dicandũ.ſ.ſp̃ualiter et cor/
poraliter. Primo ſp̃ualiter creſcendo i deuo
tione.contemplatõne.p̄dicatione.et feruore
ſp̃us.de die in diẽ.de mẽſe in menſem.de an
no in annũ.ſemꝑ augmẽtando ꝛ meliorãdo.
Ideo dicit. Euntes.ſ.ſp̃ualiter.ibãt. Secũ/
do corꝑaliter de loco ad locũ.de villa ad vil
lam ꝛc.non ſtare in vno loco. Ideo dixit xp̄s
ꝑmis p̄dicantibꝫ. Euntes in mundũ vniuer
ſum.p̄dicate euangeliũ oñi creature. Mar.
vlt̃. No.p̄dicate euangeliũ.nõ dicit Ouidiũ.
nec Virgiliũ. Apoſtolꝰ aſſignat rõem dicẽs.
Non erubeſco euangeliũ. virtus eñ dei eſt i
ſalutem omni credenti. Rom.j. Nota. et fle/
bant.quia predicatoꝛ debet flere rigãdo agꝝ
ſeminatũ vt faciat fructũ.ſicut vos facitis d̄
agris irriguis orãdo ꝓ eis deuote cũ lachry/
mis. Nota.mittentes ſemina ſua.ſ.auctorita
tes.figuras.ſimilitudines de veteri et nouo
teſtamentis. No.veniẽtes.ſ.ad gl̃iam aĩe in
die obitꝰ veniẽt.ſuꝑple ad gl̃iam corꝑis i die
iudicij.cũ exultatõe.qm̃ ſcti p̄dicatores veni
unt ad diẽ iudicij cũ magno gaudio ꝛ cũ ma
gno honore ducẽtes ſecum ſub bãnerio ſuo
oñes illos q̄s ꝯuertert̃ ad xp̄m cũ ſuis p̄di/
catõibꝫ. Dicit Gre.i omeł.ꝙ tũc veniet Petrꝰ
cũ iudea. Johes cũ aſia. Matthẽꝰ cũ ethio/
pia.ꝛ ſic de alijs ſãctis aplis et predicatoribꝫ

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Qual'honoꝛ ē baronibꝫ.qn̄ ſub bānerio ſuo hn̄t plures gētes armoꝝ.idē tūc de ſctis p̄di catoꝛibꝫ. Tūc dicēt illi q̄ fuerūt ꝯuerſi regra/ tiātes deo ꝛ p̄dicatoꝛi. O Petre ꝛ paule.ego erā infidelis ꝛc̄.ſed ꝓpter v̄ras p̄dicatōnes fui ꝯuerſus. Idē dicēt.b. Dn̄ico ꝛ ſuis ſequaci bus.Petro.thome.vincētio ꝛ oībꝫ eiuſdē oꝛ/ dinis p̄dicatoꝛibꝫ. q̄ ſuis p̄dicatiōibꝫ cōuerti fecerint pctōres a vijs peſſimis. Ego erā he/ retic⁹ vel ſupbꝰ.ꝑ vos fui hūiliat⁹ ꝛc̄. Sz no. ꝙ de ſemine p̄dicatōis fiūt q̄ttuoꝛ ptes.Pri/ ma ps cecidit ſec⁹ viam.qm̄ ſunt aliq̄ ꝑſone q̄ habēt coꝛ aptū ad oēs cogitatōes.q̄ſi ſi coꝛ eſſet via publica. Et qn̄ tales audiūt v̄bū p̄di catōis.recipiūt in coꝛde bonū ꝓpoſitū bn̄ vi/ uēdi ꝛ cauēdi de cetero a pctis. Sed h̄ ſemē ꝯculcat̄ a demonibꝫ et a trāſeūtibꝫ cogitatōi bus.rōnibꝫ ſeu opiniōibꝫ falſis.v̄bi gr̄a. Qn̄ p̄dicatoꝛ ſeminat.qm̄ vſura eſt magnū pctm̄ moꝛtale ꝛc̄.q2 eſt ꝯ p̄ceptū dei.et ꝯtra oꝛdina tionē eccl'ie. vſurari⁹ ꝓponit reſtituere.et abſti nere de cetero.et viuere de bono iuſto. Sed hoc ſemē cōculcat̄ a trāſeuntibꝫ cogitatiōibꝫ ꝑ coꝛ dicēs. Bn̄ pones in teſtamēto.et filius tu⁹ faciet reſtitutiōꝫ. O ſtulte.et tu feciſti pec catū.et nō ſufficit tibi coꝛ faciendi reſtitutōꝫ quō credis ꝙ fili⁹ ꝛc̄. Idē dicit de alia cogita tione Si tu vis reſtituere et abſtinere ab vſu ris de quo viues.de quo tenebis ſtatū.quid dimittes filijs.ꝺ quo maritabis filias. Ido opoꝛtet claudere coꝛ ad omnē cogitatōem et rōem in oppoſitū tranſeuntē. Idem de muli eribus vanis qn̄ audiunt a p̄dicatoꝛibꝫ quā/ tum pctm̄ eſt facere illas vanitates et ſupflu itates.ꝓponūt de cetero abſtinere vt ſaluent̄. Sed h̄ ſemē ſtatim ꝯculcat̄ a demone ꝛ co/ gitatōibus tranſeuntibꝫ.ꝺ. Tu habes viruꝫ iuuenē.luxurioſum ꝛ nō tu.facias ꝛc̄.et ſic di mittūt bonū ꝓpoſitū. Sed hec rō eſt falſa.q2 vos nō facitis iſta rōne viri.pꝫ.q2 qn̄ itra do mū eſtis nō eſt̄ oꝛnate.ſꝫ qn̄ debetis exire do mū.neſcitis q̄bꝫ oꝛnamētis vos oꝛnare veli/ tis. Iō pꝫ ꝙ nō ꝑ viro.ſed ꝑ alio facitis illud Propter hoc dicit xp̄s. Deinde venit diabo lus.et tollit verbū de coꝛde eoꝝ.ne credētes ſalui fiant. Aliud cecidit ſupra petrā.ſ.duraꝫ et frigidā indeuotōis.vt ſunt ꝑſone q̄ nullaꝫ faciunt oꝛōem de mane nec de ſero.nec faci unt pn̄iam.nolūt remittere inimicis.nec fa/ cere pacē. Ecce petra dura ſine aliq̄ deuotōe Uel h̄ verbū tāgit dn̄os et rectores ꝯmuni/ tatū.q̄ cū audiūt verbū p̄dicatōis.dicētes ꝙ debere̅t facere bonas oꝛdinatōes.ꝓ ꝯſeruati/ one cōitatis.et corrigere pctā notoꝛia.cum gaudio ſuſcipiunt illud.ſed natū aruit.quia nō habebat humoꝛē.ſ.amoꝛis cōitat̄.nec ti/ moꝛis dei.iō nihil executat̄. iō aruit ex timo re et miſc̄dia maloꝝ ꝑſonaꝝ. Sed moꝛi pro honoꝛe dei et reipublice ad btitudinē indu/ cit.iuxta v̄bū xp̄i dicēt̄. Bt̄i q̄ ꝑſecutōeꝫ pati unt̄ ꝓpter iuſticiā.qm̄ ipſoꝝ ē regnū celoꝛum Mat.v. Aliud cecidit inter ſpinas. Xp̄s ex/ ponit ꝙ iſte ſpine ſunt ſolicitudies auaricie. q̄ nimis pungūt mētes auaroꝝ.quō congre gabūt vt ditent̄. No.quō diuitie acq̄rūt̄ cū la boꝛe.poſſident̄ cū timoꝛe.amittūt̄ cū doloꝛe Iſte ſūt ſpine q̄ ſuffocāt v̄bū dei.nō ſolū i lai/ cis.ſꝫ etiā i eccleſiaſticis faciētibꝫ ſymonias. Nota ꝯ defect⁹ q̄ fiūt i miſſis ſcti amatoꝛ̄.ali ud cecidit i terrā bonā.ſ.i coꝛde bono et opti mo.ſ.humili et deuoto. Et facit fructū cētu/ plū.ſeruādo.x.p̄cepta.q2 decies decē ſunt cē tū.et qn̄ tales trāſeūt de h̄ mūdo.aſcēdūt vſ/ ꝗ ad decimū celū in gloꝛia. Ad quod ꝛc̄.

Dominica in quinquageſima.

Sermo Primus.

Omnis plebs ut vidit dedit laudē deo. Luc.xviij. Tria ſunt opa dei ꝓpter q̄ de⁹ ē ma xime laudād⁹ ab omnibꝫ nobis.et de his tri bus et de quolibet ipſoꝝ loquit̄ thema. Oīs plebs ꝛc̄. Loco et capl'o vt ſupra dixi. Et hec tria tangunt̄ ꝑ oꝛdinē in euāgelio hodierno. ſcꝫ laudare et benedicere ꝛc̄.

Primū eſt mundanalis redemptio.

Secundū eſt humanalis ꝯuerſio.

Tercium eſt celeſtialis ſaluatio.

Dico p̄mo ꝙ ꝑſone mūdane in h̄ mundo de bent deū gl'ificare ratōe humane redemptio nis quam fecit de humano genere. Et bene dr̄ redemptio vniuerſal' ſeu mūdanalis. Naꝫ oēs vniuerſaliter redemit.et ꝑ omnibꝫ abū/ dantiſſime ſoluit preciū. Et oēs illi q̄ iſta re/ demptōe volūt vti.hoc eſt credēdo ꝛ obedi/ endo poſſunt ſaluari. Et de iſta vniuerſali re demptōe loquit̄ apl's dicens. Un⁹ eſt media toꝛ dei et hoim.homo xp̄s ieſus.qui dedit re demptōem ſemetipm̄ ꝑ oīb̄ꝫ.i ad Thim̄.ij Et ex iſto opere de⁹ eſt laudandus.bn̄dicen/ dus et gloꝛificād⁹. Nā tu vehemēter lauda/ res qui te captū et vinculatū liberaret ꝺ poſ ſe infideliū.ſoluēs ꝑ te ꝛc̄.ꝛ ratio eſſet et lau/ dis cōgruentia. Ita eſt de dn̄o Ieſu chriſto.

Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

# Dominica in quinquageſima

Ná ex pctõ pmi homis ꝛ ꝯſeq̃nť ꝓpť pctá nr̃a
oẽs eram⁹ captiui cathenati ꝛ ligati i carcere
culpe. ꝛ ad eternã morte ſniati. ꝛ h̄ exp̄ſſe dič
Iſa. i pſona dei. Propterea duct⁹ ẽ pp̄ľs me⁹
captiu⁹ qꝛ nõ habuit ſciam. ꝛ nobiles ei⁹ inte
rierũt fame ꝛ mľtitudo ei⁹ ſiti exaruit. Propte
rea dilatauit infern⁹ aiaꝫ ſuã. ꝛ apuit os ſuuꝫ
abſqꝫ vllo termino. i. ſine exceptõe cuiuſcũqꝫ.
Et deſcẽdẽt fortes ei⁹ et ſublimes ei⁹ glioſiqꝫ
ei⁹ ad eũ. Iſa. v. Sꝫ venit dñs. ſ. Jhs xp̄s ve
rus de⁹ ꝛ ver⁹ hõ. dñs celi ꝛ terre ꝛ vniuerſoꝝ.
ꝛ redemit oẽs p̄cio ſui ſanguis. Nõne videť ǧ
vobis bñ ſꝑ qꝛ. ẽ a nobis laudãd⁹. bñdicẽd⁹
ꝛ glorificand⁹. imo etiã nõ ſufficiunt laudes.
Propť h̄ dixit Dauid ſpũ ꝓphetico loq̃ns de
iſta redẽptõe ptũc adhuc futura. ac ſi iã facta
eẽt. ꝛ h̄ ꝓpter certitudinẽ ꝓphetie ꝛ dixit. Diru
piſti vincula mea. Ecce redẽptio. ꝓpter qõ ti/
bi ſacrificabo hoſtiã laudis ꝛ nomẽ dñi inuo
cabo. in p̄s. cxv. Et de iſta redẽptõe vniuer/
ſali loquiť p̄ncipiũ euãgelij hodierni cũ dič.
Aſſumpſit ihs. xij. diſcipulos ſuos ſecrete. et
ait ilľ. Ecce aſcẽdim⁹ hieroſolimaꝫ. ꝛ ꝯſũma/
bunť oia q̃ ſcp̄ta ſunt ꝑ ꝓphetas de filio hois
Tradeť em̄ gẽtib⁹ ꝛ illudeť ꝛ flagellabiť ꝛ cõ/
ſpueť. ꝛ poſtq̃ꝫ flagellauerint occidẽt eũ. ꝛ ter
cia die reſurget. ꝛ ipſi nihil hoꝝ intellexerunt

Nõ veniũt hic due q̃ſtiones. Et p̄ma eſt
q̃re euãgeliſta dicit. ꝙ apľi nõ intellexerũt h̄.
cũ xp̄s tã clare eis loq̃reť. Et p̄ma qõ ẽ lr̃alis.
Scd̃a ẽ moraľ. Nã certũ ẽ ꝙ tũc apľi nõ dor
miebãt. imo erãt vigilãtes. nec de alijs cogi/
tabãt niſi de his q̃ ð xp̄o dicebãť. Sed nota
hic duas rñſiones. Et p̄ma eſt theologicalis
quã ponit glo. d. ꝙ xp̄s quaſi ſemꝑ loq̃bať pa
rabolice ſeu i figuris. ꝛ apľi q̃ nõ poterant co
gitare. ꝙ de⁹ incarnat⁹ pateret tãta mala. cre/
debãt ip̄m loq̃ parabolice ſeu figuratiue. cũ
tñ loquereť clare. Sed ex hoc ip̄m nõ intelli
gebãt fundãtes eoꝝ corꝛ credentiã in illoꝝ v/
bo. Nos audiuim⁹ ex lege ꝙ xp̄s manet i eter
nũ. Joh. xij. iõ qñ xp̄s eis loquebať de paſſio
ne. exponebãt ꝛ credebant ꝙ eis loquebať fi
guratiue. Jõ dič euãgeliſta. Ipſi h̄ nõ intelle
xerũt. Scd̃a rñſio ẽ phie Dicit ph̄s. ꝙ ſcien
tia ꝛ intelligẽtia rei ẽ ꝑ cauſe cognitõem. Itẽ
alibi dicit. Tũc vnũqdqꝫ ſcire ꝛ intelligere ar
bitramur cũ cauſas ei⁹ cognoſcim⁹. ꝛ ideo li/
cet aliq̃s effect⁹ oculariť videať. dꝫ tamen ne
ſciri ſi ei⁹ cauſa ignorať. vt pꝫ de eclypſi ſolis
ꝛ lune. de qua ruſtic⁹ habet cognitõem. qꝛ vi
deť oculariť. ſed nõ ſciam. qꝛ ignorat ei⁹ cãm.
ſed ſcitur ab aſtrologis. Neſcientib⁹ ǧ cauſã
eclypſis poteſt dici. nõ intelligitis hoc. quia
cauſam ignoratis. Ita eſt in ꝓpoſito. licꝫ apľi
a xp̄o audirent. ꝙ ipſe hieroſolymis debebat
tradi ꝛ illudi. flagellari. ꝛ finaliter i cruce mo
ri. ꝛ tercia die reſurgere. ipſi nihil horũ intel/
lexerunt. qꝛ ſm̄ cauſã patiendi rudes adhuc
diſcipuli nõ intellexerunt. Neſciebant em̄ ꝙ
ipſe vellet ligari. vt ligatos vinculis peccato
rũ ſibi credẽtes ꝛ obediẽtes liberaret. creden
tes vt mõ credũt infideles. ꝙ cũ eſſet de⁹ po/
terat eos liberare abſqꝫ hoc ꝙ ipſe ligaretur.
Itẽ neſciebãt ꝙ xp̄s vellet illudi ꝛ vituperari
vt hoies ſibi credẽtes ꝛ obedientes honora/
renť ab angeľ. Itẽ neſciebãt ꝙ vellet flagella
ri crudeliť. vt credẽtes ſibi ꝛ obedientes poſ
ſent corona gľie coronari. Iteꝫ neſciebant ꝙ
vellet i cruce ſuſpẽdi. ne ſui ſuſpẽderenť i fur/
ca inferni. Itẽ neſciebãt ꝙ vellet mori taꝫ do
loroſe. vt aie credentiũ ꝛ obedientiũ viuerẽt i
celo glioſe. Itẽ neſciebant ꝙ vellet reſurgere
cũ corꝑe glioſo. vt daret ſuis ſpem reſurrecti
onis glioſe in die iudicij. Cũ ǧ apľi iſtas cau
ſas neſcirent. ꝛ ſcientia ſit ꝑ cauſas. vt ꝓbatũ
eſt ſupra. iõ dicit euãgeliſta. Ipſi ꝟo nihil ho
rũ intellexerũt. Jõ dicit ſanct⁹ Lucas q̃ erat
magn⁹ ph̄s. Erat verbũ iſtud abſconditũ ab
eis. ꝛ nõ intelligebãt q̃ dicebanť Luce. xviij.

Secũda q̃ſtio eſt moralis. Quare hodie
ſancta mr̃ eccľia facit mẽtionẽ de xp̄i paſſiõe
cũ dicat ſapiẽs. Oia t̄ps habẽt. t̄pus flendi ꝛ
t̄ps ridẽdi. Temp⁹ plangendi ꝛ t̄ps ſaltandi.
Omne negociũ t̄ps ꝛ oportunitatẽ hꝫ Ecc̃s
iij. Cũ ergo hodie ſit temp⁹ leticie ꝛ exultatio
nis qꝛ dies carniſpriuij. quare ǧ hodie fit mẽ
tio de xp̄i paſſione. q̃ eſt flebilis ꝛ triſtis. Rñ
deo. qꝛ ſancta mr̃ eccľia ſpũſancto guberna
ta ꝛ recta. ſciẽs exceſſum ꝛ guloſitatẽ filioruꝫ
ſuoꝝ quã faciũt his trib⁹ diebus in comedẽ/
do ꝛ bibẽdo. iõ cogitauit ponere coraꝫ filijs
xp̄i paſſionẽ vt fideles reſtringanť a guloſita
te. ꝯſiderãtes q̃ntũ ꝯſtetit pctm̄ gule p̄morũ
parentũ. nõ gallinarũ ꝛ ꝑdicũ. ſed vni⁹ pomi
fruct⁹. ꝙ fili⁹ dei habuit ſuſpendi in patibu/
lo crucis. Ideo apľs. Recogitate eũ q̃ talem
ſuſtinuit a peccatorib⁹ aduerſus ſemetipſuꝫ
ꝯtradictõem. vt nõ fatigemi animis vr̃is de
ficiẽtes. ſ. exceſſiue comedẽdo. ad Hebre. xij.
Nota hic parabolã de trib⁹ latronib⁹ eũtib⁹
cũ ſaccis ſuis ad furandũ ad quãdã ciuitatẽ
cũ ꝓpoſito implẽdi ſaccos de auro ꝛ argento
et de lapidibus p̄cioſis. Qui cũ fuiſſent ad

Biblioteca Valenciana

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

portā ciuitatꝭ viderūt ibi nobilē hoiem recē
ter ſuſpēſum. q̇ querētes de cā ſuſpēſiōis illi
us. fuit eis dictū ꝙ fuerat ſuſpēſus ꝑ quodaꝫ
furto fructꝰ. qđ eiꝰ ſuitoꝛ fecerat. qꝛ ñ fuit po/
tens ſatiſfacere Jō dñs eiꝰ fuit ſuſpēſus Quo
audito latrones ad inuicē ſe reſpiciētes dixe
rūt. Si tātꝰ rigoꝛ iuſticie hic ſuaꝛ ꝑ tā modi
co. q̇d fieret de nob. Qui redierūt ad ꝓpria cū
ſaccis ſuis vacuis Bona gens. iſti tres latro
nes ſunt tres ſtatꝰ hꝰ mūdi. ſ. religioſoꝝ. cleri
coꝝ. ⁊ laicoꝝ. Et dicūꝛ latrones. qꝛ oēs ex
ceſſus q̄s faciūt in cibo potu ⁊ veſtitu puni
enꝛ vt latrocinia i iudicio diuio. Nā ſi vnus
vl' plures dimittunꝛ manumiſſoꝛes vl' teſta/
mētarij alicuiꝰ diuitꝭ moꝛtui. ⁊ ipi expēdunt
bona ⁊ pecunias diuitꝭ comedēdo ⁊ bibēdo
⁊c̄. nec diſtribuunꝛ vt ipe mādauit. nūq̇d ta/
les dicerenꝛ latrones. imo. Mō plati ⁊ cleri
ci q̇d ſunt niſi teſtamētoꝝ diſpēſatoꝛes ⁊ ma
numiſſoꝛes diuitꝭ xpi. q̇ mādauit dari paupi
bus. ⁊c̄. ⁊ ipi nō curāt. imo ꝑmittūt paupes
moꝛi fame. ⁊c̄. Nec iā hereditas xpi ſuffic̄ pō/
pis coꝝ ⁊ vanitatibꝫ. Secūdꝰ eſt ſtatꝰ religio
ſoꝝ. qꝛ religioſus ꝑuerſus etiaꝫ p̄t dici latro.
Rō. qꝛ ſi q̇s ſponte dimiſit oīa bona. ⁊ vult
poſt furtiue bona ſua recupare. hꝰmōi latro
diceretꝛ. Tales ſunt q̄ꝫ plures religioſi q̇ oīa
bona ſua dimiſerūt ꝑ votū paupꝑtatis. ⁊ poſt
furtiue volūt hr̄e. audiēdo ꝯfeſſiōes. ⁊ facien
do p̄dicatiōes. ⁊ efficiunꝛ ꝓprietarij. ⁊ iō tāq̄ꝫ
latrones punienꝛ in iudicio diuio. Tertius
ſtatꝰ eſt laicoꝝ. qꝛ laicꝰ etiā pōt dici latro. Rō.
qꝛ theſaurariꝰ vel diſpēſatoꝛ regis vel alicuiꝰ
dñi q̇ ꝯtra volūtatem ⁊ oꝛdinationē dñi ex/
pendit pecunias comedēdo bibēdo vl' luxu
riando. ⁊c̄. talis vt latro punieꝛ. Sic eſt ꝺ di
uitibꝫ. nā diuites ſunt theſaurarij ⁊ diſpēſato
res diuitis. ſ. dñi nr̄i Jhu xpi. ⁊ ideo ꝺꝛ. Sic
nos exiſtimet hō vt miniſtros xpi ⁊ diſpenſato
res. j ad Co. iiij. ꝯ vt latrones punienꝛ. ſi ma
le vtunꝛ ꝯtra dñi volūtatem. Jō iam poſſu
mus dicere. Oēs q̇tq̇t venerūt fures ſunt ⁊
latrones. Joh. x. Jſti veniūt mō iuxta ciuita
tem. ſ. quadrageſimā. ⁊ q̇libet vult iplere ſac
cum vētris ꝺ ꝑdicibꝫ. gallinis. ⁊ de caponi/
bus. ⁊c̄. Hoc mō q̇ ꝑq̇reret coq̇nas p̄latoꝝ.
clericoꝝ. ⁊ religioſoꝝ. ⁊ laicoꝝ. q̇t innocenteſ
inuenirenꝛ ſtātes ad ignē. Sꝫ i poꝛta ciuita
tis. ſ. iſtiꝰ tpis q̄drageſime eccia ꝓponit nobis
honoꝛabilē dñm ſuſpēſum. ſ. dñm ihm xp̄m
ꝑ vno furto ſui ſui. ſ. ade. Jō cogitate rigoꝛē
iuſticie dicēdo. Socie q̇d tibi videꝛ. dēmus

implere ventrē vel nō. Jō dic ſcptura. Atte
dite vob ne grauenꝛ coꝛda vr̄a in crapula et
ebrietate. Lu. xxj. Ex nimia em̄ comeſſione
multa mala ſequunꝛ. nō ſolū in coꝛpe. ſꝫ etiā
in aia. Nota h̄ de agarenis nūcijs viſitātibꝫ
ꝯuentū maioꝛitatꝫ i die carniſpriuij dicētes
Per deū nō eſtis hoies boni. Ecce q̇t hoies
beſtiales q̄ꝫtū nocent carnes. Ecce rō q̄re ec
cleſia etiā hodie facit mētionē de xpi paſſiōe.
ꝯ refrenetis vos. Et ſi abūdanꝛ ꝑparaſtis fa
ciatis ꝑtē paupibꝫ viduis q̇ gauderēt ſi poſ/
ſent hr̄e vnā ſcutellā cauliū. vt acq̇ratis pa/
radiſum de illo ꝑ qđ acq̇ritis infernū. Se
cundū opꝰ de q̇ deꝰ eſt laudādꝰ eſt humanaliſ
ꝯuerſio. Modicū em̄ valuiſſet vniuerſalis
redēptio q̇ infidelibꝫ nihil valet. qꝛ nolūt ea
vti niſi fuiſſꝫ hūana ꝯuerſio. ſ. qū ꝺꝰ trahit ad
ſe ꝑſonā de culpa ad gr̄am deuotōꝫ ⁊ bonaꝫ
vitā. Jō de h̄ laudādꝰ eſt deꝰ. Rō. Nā q̇libet
ꝑegrinꝰ merito regratiādo laudaret q̇ eū con
uerteret de via in q̇ errauit ꝑiculoſa ⁊ moꝛti
fera ꝑ quā ignorās ibat. ita eſt de peccatoꝛe.
Nā q̇libet pctōꝛ errauit viā ꝑadiſi qñ dimiſ/
ſa via hūilitatꝭ q̇ ducit ad ꝑadiſum vadit per
viā ſupbie moꝛtiferā q̇ ducit ad infernum. ⁊
ſic de alijs. Sꝫ venit ille bonꝰ hō ihs xp̄s fili
us ꝟginis marie. ⁊ ꝯuertit pctōꝛē dādo ſibi cō
punctiōes vt cogitet ⁊ reſpiciat quā viaꝫ te/
net. ⁊ ſi tūc moꝛereꝛ. q̇ iret. Et ſic ꝑ ſemitā pe
nitētie reducitꝛ ad viā ꝑadiſi ducēdo de ſuper
bia ad hūilitatē. de luxuria ad caſtitatē. et ſic
de alijs. Et iō ſapiēs de h̄ laudabat deum di
cens. Laudabit vſq̄ꝫ ad moꝛtē aia mea dñm
⁊ vita mea appropinquās erat ad infernum
deoꝛſum. ⁊ liberaſti me de ꝑditōe ⁊ eripuiſti
me de tpe iniq̄. ꝓpterea ꝯfitebor ⁊ laudē dicā
tibi ⁊ bñdicā nōi tuo. Ecci. vlt. Hec huma/
na ꝯuerſio myſtice oñdiꝛ in ſcđa ꝑte euāgelij
cum ꝺꝛ. Factū eſt aūt cū appropinq̄ret Jhs
hiericho. ecceꝰ quidā ſedebat ſecꝰ viam mēdi
cans. Et cū audiret turbā p̄tereuntē. iterro/
gauit q̇d h̄ eſſet. Dixerūt aūt ei ꝙ ieſus nazare
nus trāſiret. Et clamauit dicēs. Jeſu fili da
uid miſerere mei. Nota de turba xp̄m ſequē
te. Quidam ſequebanꝛ eū vt audirēt ꝟbum
dulciſſimū ab oꝛe dei incarnati. Quidā euꝫ
ſeq̄banꝛ vt haberēt indulgentias a pena ⁊ a
culpa a papa Jeſu. Quidā aūt infirmi vt ab
eo obtinerēt ſanitatē coꝛpalē. qꝛ ꝟtus de illo
exibat ⁊ ſanabat oēs. Lu. vj. Quidā ſeq̄ban
tur eū ex curioſitate. Quidā ex malignitate.
vt phariſei. vt ipm poſſent in aliquo rephen

o

Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



vere. Et dū trāſiret cecꝰ q̄dā ſedebat ſecꝰ viā mendicās. q̄ſiuit q̄ gētes eſſent ille q̄ trāſibāt ⁊ fuit ſibi dictū ꝙ Ihs de nazareth trāſibat. q̄ ſtatim cepit clamare dicēs. Jeſu fili dauid miſerere mei. ⁊ dic̄ textus ꝙ q̄ p̄ibāt increpabant eū vt taceret. Myſtice iſte cecꝰ ſecus viā eſt xp̄ianꝰ ex̄ n̄s in pctō mortali q̄ nō eſt i via. q̄ deberet ire ꝑ viā hūilitatꝭ. ⁊ ip̄e vadit ꝑ viā ſupbie. ⁊ ſic de alijs. Infideles ꝟo non ſunt ſecꝰ viā. ſ; lōge e via. Qñ aūt pctōr. i. cecꝰ reducit ſe ad viā. i. ad xp̄m. q̄ de ſe dicit. Ego ſum via veritas ⁊ vita. ⁊ incipit clamare di/cens Jeſu fili Dauid miſerere mei. ſtatim rep̄hendit. Iſte defectꝰ eſt hodie in mōdo. Quādiu hō eſt ſecꝰ viam. ſ. i pctis mēdicās mūdana ⁊ tpalia. nullꝰ curat ip̄m rep̄hēdere. ſ; ma/gis applaudēt ſibi. Sz ſi dat ſe deuotioni et bone vite factū eſt. ſtatim rep̄hendit ⁊ redar/guit. Verbi grā. ſi ſit aliq̄s religioſus bñ diſ/ſolutꝰ. iſte tal̄ a nullo rep̄hendit. imo cōmen/dat. ſ; ſi ꝯuertit ad deū ⁊ vult tenere bonā vitam. tūc dicūt. moriat. intm̄ ꝙ nō ꝑmittūt eū viuere. vel dolēt de eiꝰ vita. Idē ō clerico exiſtente ſecꝰ viā mēdicans bona tpalia p̄ben/das ⁊ alia bñficia. iſte tal̄ a nullo rep̄hendit. imo cōmendat. ſ; ſi vult redire ad viā. ſc; ad xp̄um factū eſt de illo. Idē de laico vſurario latrone. homicida. lenone. tales a nullo rep̄/hendunt. imo cōmendāt. Sz ſi fac̄ reſtitutōnē ⁊ venit de mala vita ad viā bonā ſeu ad vitā bonā. factū eſt. tal̄ nō pōt viuere. Et qō fortꝰ eſt dic̄ textꝰ. Et q̄ p̄ibāt. non dicit q̄ ſeq̄bant vel comitabant. ſed q̄ p̄ibant. q̄ maio/res in ſcia dignitate ⁊ officio ſunt p̄mi ad re/p̄hendendū eos. q̄ vellēt ꝙ oēs irēt ad infer/num cū eis. De h̄ beatꝰ Hiero. fecit planctū dicens in ſcdō ꝓlogo Job vel in argumēto Si aūt fiſcellā iunco texerē aut palmarum folia cōplicarē vt in ſudore vultꝰ mei come/derem panē. ⁊ vētris opꝰ ſolicita mēte tractarem. nullꝰ morderet. nemo rep̄hēderet. Nūc aūt q̄ iuxta ſniam ſaluatorꝭ volo opari cibū q̄ nō perit. ⁊ ſequit. Falſariꝰ vocor. ſ. a maio/rib; ⁊ doctorib; ⁊ mgr̄is. Iō xp̄s de talib; dicit. Si de mūdo fuiſſetis. mūdꝰ qō ſuū eſt diligeret. nūc ꝟo q̄ de mūdo eſtis. ſ; ego elegi vos de mūdo. ꝓpterea odit vos mūdꝰ. Joh. xv. Sz exemplo ceci q̄ q̄to magis increpa/bat. tāto magis clamabat. Ad ihm ē clamandum. Iō beatꝰ Petrꝰ aplš dic̄. Si exprobramini in noīe xp̄i bti eritꝭ. j. Pe. iiij. Tertiū opꝰ de q̄ maxie deꝰ eſt laudādꝰ. eſt celeſtialis ſaluatio. Rō. Nā p̄cipue laudabil̄ eſt guber/nator nauis. cū ꝑ maxia diſcrimia nauē du/cit tandē ad portū ſalutꝭ. Sic etiā de gubernatore ⁊ creatura cū eſt int̄ ꝑicula hꝰ mūdi. ſ. inimicoꝝ. demonū. ⁊ malaꝝ inclinationum tandē ꝑducit eā ad portū ꝑadiſi. Tūc laudādus eſt ꝓprie maxie. Iō dauid fec̄ de h̄ vnum pſalmū dicēs. Laudate dñm de cel̄. nō dicit de terris. q̄ adhuc ſunt in ꝑiculo. ſ; de celis q̄ ſunt extra ꝑicl̄m. Hec celeſtis ſaluatō oñdit in tertia ꝑte euāgelij cū d̄r. Stās aūt ihs iuſſit eū duci ad ſe ⁊ dixit. Quid tibi vis faciam. At ille ait. dñe vt videā. Ait illi Reſpice fides tua te ſaluū fecit. Et ꝯfeſtim vidit ⁊ ſe/quebat illū magnificās deū. Et oīs plebs vt vidit dedit laudē deo. Nota q̄d tibi vis faci/am. q̄ multe ſunt miſericordie. Rñdit cecꝰ. dñe vt videam. Dixit illi ihs. Reſpice. fides tua ſaluū te fec̄. ⁊ ꝯfeſtim vidit ⁊ ſeq̄bat eum. Nota ꝙ iſte fuit de ſocietate xp̄i. Nota etiā. fides tua te ſaluū fec̄. ⁊ ꝯfeſtim vidit q̄ ſaluatio ſtat in viſiōe xp̄i. Hec eſt vita et̄na vt co/gnoſcāt te. ſ. eſſe ſolū veꝝ deū ⁊ quē miſiſti ieſum xp̄m. Jo. xvij. ꝙ vita eterna ſc; ſaluatio nr̄a ꝯſiſtit in viſiōe diuie eſſentie. in q̄pluri/mis tenet locꝭ ſanctꝰ Tho. in p̄. ſcp̄. diſ. j. q. j. ar. j. ⁊. iiij. di. xlix. q. j. ar. j. q. j. ⁊ ar. ij. q. j. Itē. j. ij. q. iij. ar. iiij. ⁊. viij. Et idē ſentit i pleriſq; aliis locis. Queſtio eſt hec ⁊ bona. Quare xp̄s attribuit ſaluationē ꝟtuti fidei dicēdo. Fi/des tua te ſaluū fec̄. cū fides ſine opib; nō ſaluet hoiem. Auctas. Quid ꝓderit frēs mei ſi fidē dicat q̄s ſe hr̄e. opa aūt nō habeat. Nunq̄d poterit fides ſaluare eū. Sic̄ em̄ corpꝰ ſi/ne ſpū mortuū eſt. ita ⁊ fides ſine opib; mor/tua eſt. Jac. ij. Rñſio. ꝙ fides eſt fundamētū oim alioꝝ bonoꝝ ⁊ ꝟtutū radix. ſi corde ⁊ ore ſimpl̄r ac ſolicite teneat. Sic̄ arbor a te plā/tata in orto tuo fac̄ truncū ⁊ poſt ramos flo/res ⁊ fructꝰ. Et originalit̄ oia iſta ꝓcedūt de radice. ſic etiā fides eſt vt radix plātata in orto cordis. deinde mittit truncū. ſ. charitatis. faciēs ramos. ſ. ꝟtutū. ⁊ flores ⁊ folia bonoꝝ opeꝝ. q̄ fides ꝑ charitatē opat. ad Gal̄. v. et poſt facit fructꝰ gl̄ie i ꝑadiſo. ſ; radix rigāda eſt ne moriat. Et rigat radix fidei mane ⁊ ſe/ro dicēdo Credo in deū. Et queādmodum ortꝰ rigat ꝑ. xij. tabulas. ita fides ꝑ. xij. articulos dicēda eſt quotidie ſero ⁊ mane cū ꝓteſtatione. Et iō d̄r. Si ꝯfitearꝭ i ore tuo dñm ieſum xp̄m. ⁊ i corde tuo crediderꝭ. ſaluꝰ eris. ad Ro. x. Deo grās.

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

Sermo.ij.

**Nunc manent fides**
ſpes charitas tria h̄.j.ad Co.xiij. Noſter ſmo erit de ꝟtutib⁊ theologicis.ꝑ bona inſtructiōe nr̄a ⁊ vtilitate mortuorum Sz p̄mo ſalutet̄ ꝟgo maria. Verbū ꝓpoſitū eſt declarandū ſm duplicē intellectū.ſ.ꝓpriū ⁊ lr̄alem.⁊ appropatū moralē ⁊ ſpūalē. Et primus erit ꝑ viuis.ſcd̄s ꝑ mortuis. Prim⁹ erit ꝑ introductiōe.ſecūd⁹ ꝑ pſecutōe. Pro p̄mo ſciendū ꝙ in hac vita ſumme ſunt neceſſarie iſte tres ꝟtutes theologice.fides.ſpes.charitas.ꝑeundo ad pādiſum. Rō.qꝛ cuilibet viatori aſcenſuro ad caſtꝝ alte ſitū tria ſunt ei neceſſaria.

Primo reſpectus viſualis.
Secūdo audacia cordialis
Tertio duratio fortitudinis

Dico p̄mo.⁊c̄.ſ.reſpect⁹ viſual'. Nā req̄rit̄ ſi vis ſecur⁹ ire vt locū ad quē tēdis ſiue terminū cognoſcas. Nō claꝝ ē ꝙ totum tp̄s vite nr̄e in h̄ mūdo nō eſt niſi vna via ꝑ quā vadimus aſcēdendo ad caſtꝝ altiſſimū celi empirei. Jō indiget his trib⁊.q̄ ſunt reſpect⁹ viſualis.audacia cordial'. ⁊ duratio fortitudinis. q̄ habent̄ ꝑ tres ꝟtutes.ſ.fidē.ſpem.⁊ charitatem. Et ex h̄ poteris cognoſcere ꝟitatē vel neceſſitatē iſtaꝝ triū ꝟtutū. Et ꝑ fidē videmus finē ſeu terminū vite nr̄e.ſ.celū beatoꝝ. Nūꝙ eīm iſte termin⁹ fuit cognit⁹ ꝑ intellectū naturalē phoꝝ. De h̄ pulcre loquit̄ ſanct⁹ Tho. p̄ma pte.q.j.ar.j.oñs neceſſitatē doctrīe ſacre vltra philoſophicas diſciplinas.eo ꝙ ordiati ſum⁹ diuinit⁹ ad finē ſupnaturalē trāſcēdētem naturalē nr̄am apprehenſionē. Licz eīm ꝑ motū phi habuerīt cognitiōez de celo lune mercurij.veneris.ſolis.iouis.ſaturni ⁊ celi ſtellaꝝ.ſ.firmamēti ⁊ p̄mi mobilis.nō tn̄ potuerūt aſcēdere vſqꝫ ad celū empireū.qḋ eſt imobile.⁊ eſt loc⁹ iſte btōꝝ ad quē aſcēdimus. Et iſte loc⁹ videt̄ a nobis ſolū ꝑ fidē. Et ḋ iſto loco loquit̄ apl's dicēs. Ocul⁹ nō vidit nec auris audiuit.nec ī cor hois aſcēdit q̄ ꝑparauit de his q̄ diligūt illū.nob aūt reuelauit de⁹ ꝑ ſpm̄ ſuū.j.ad Co.ij. Nota cū dicit ocul⁹.ſ.intellect⁹ phoꝝ nō vidit.qꝛ nolebāt credere niſi illud qḋ videbāt oculo intellect⁹.ſ.ꝑ certā demonſtrationē. Nec auris audiuit.ſ.iudeorū. Moyſes eīm ⁊ alij ꝓphe multa miracula audierūt a deo.ſz nūqꝫ audierūt ꝙ de⁹ ꝑmitteret eis illū locū. Nec in cor hois.ſ.infidel' aſcēdit q̄ de⁹ ꝑparauit.⁊c̄. Ecce quō fides eſt neceſſaria.ſ.ad videndū locū. Sz modicū eſſet ſcire locū beatitudis niſi etiā ſcirem⁹ viā. Jō notate tres vias q̄s etiā ſcim⁹ ꝑ fidē. Et p̄ma via eſt de innocētia baptiſmali.⁊ iſtā ſcim⁹ ꝑ fidē ⁊ ꝟbū xp̄i dicēdo. Amē amē dico vobis niſi q̄s renat⁹ fuerit denuo n̄ pt̄ videre regnū dei. Joh.iij. Affirmatiua ē ⁊ negatiua. Secūda via eſt digna pnīa.ꝑ iſtā hn̄t ire illi q̄ ꝑdiderūt p̄mā viā. Digna pnīa eſt dolere de pctīs ⁊ ꝯfiteri cum ꝓpoſito nō redeūdi. Iſta via ſcit̄ ꝑ fidē ⁊ ꝟbū xp̄i dicētis. Pniam agite qm̄ appropinquat regnū celoꝝ. Math.iiij. Tertia via eſt firma obediētia. h̄ eſt viuere ſm dei ordinationē ⁊ nō ſm ꝓpriā inclinationem.ſm ei⁹ pcepta ⁊ nō ſm ſui ꝓpria ſentimēta. Hec etiā habet̄ ꝑ fidē ⁊ ꝟbū xp̄i dicentis. Si vis ad vitā ingredi ſua mādata. Math xix. Jō apl's. Per fidē ambulam⁹.ij.ad Cor.v. Nota ꝑ fidē.ſ.vidēdo terminū. Dico ſecūdo neceſſaria eſt viatori audacia cordialis vltra reſpectū viſualē.ſ.nō timere.nec ꝓpter altitudinē loci dz q̄s dubitare q̄n poſſit aſcēdere.ſz recipe audaciā cordis.nec ꝯfidas de intellectu nec auxilio tuoꝝ opeꝝ ſz dei.dicēdo. De⁹ q̄ me de nihilo creauit.⁊ redemit.et mihi illū locū pcio ſui ſanguinis emit et me ꝑ baptiſmū mūdauit ⁊ ſacroꝝ remedia ordinauit. Jdeo nō dubito q̄n illuc aſcendā. q̄a nō ꝑ ſe.qꝛ incorpore eſt.de⁹ eīm ſpūs ē. Joh.iiij.ſz ꝑ me illū locū creauit tā pulcre ornatū. Nam decor dat ſpem. Jdeo dr̄. Qui ſperāt in dn̄o mutabūt fortitudinē.aſſumēt pēnas ſicut aq̄le.currēt ⁊ non laborabunt.ambulabunt ⁊ nō deficiēt. Iſaie.xl. Nota q̄ ſperāt in dn̄o mutabūt fortitudinē. Quia ſi añ in hoc mūdo habuerūt fortitudinem corpalem ad ambulandū.ſaltandū.⁊c̄.mutabūt fortitudinem corpis.ſ.in feruorē cordis. Si querat̄ ⁊ quō fiet. Rn̄det.aſſument pēnas.⁊c̄.vbi ponit tres grad⁹ bonaꝝ pſonaꝝ. Et p̄m⁹ ḡdus eſt ꝯtemplatiuoꝝ. Nā iſti aſſumēt pēnas vt aq̄le ſeu alas. Due ale ſunt due ſpes.vna de dei potētia.⁊ alia de dei miſericordia. Pria aſſumit̄ ꝯfidentiā de dei potētia.ſ.ꝙ poteſt nos facere equales angelis in glīa. Secūda aſſumit̄ ꝯfidendo de dei miſericordia q̄ non ſolū poteſt imo vult nos ſaluos facere. His duab⁊ alis cōtemplatiui volāt ad pādiſum.
Secūdus gradus eſt actiuoꝝ.q̄ currendo per magna opera miſericordie et penitentie feſtinanter cum magno ardore ſpūs currūt



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

ad paradiſum. Terti⁹ grad⁹ eſt obediētiū. cū
dic̄. Ambulabūt ⁊ nō deficiēt. ſ. faciendo illa
ad q̄ tenenſ diligēter. Jn oib⁹ iſtꝫ neceſſaria
eſt ꝟt⁹ ſpei q̄ dat feruorē cordialē. Tertio
dico ꝙ neceſſariū eſt viatori aſcēdenti i altuꝫ
duratio fortitudinis ne deficiat in medio.
Hec aūt duratio forti⁹ habeſ ꝟtute charita/
tis. Nā charitas dat fortitudinē volūtati ne
mutet ꝓpoſitū. ſꝫ ꝙ ꝑſeueret. Dat etiā fortitu/
dinē ꝯtra tēptatiōes diaboli ⁊ ꝯ occaſiones
mūdi ⁊ inclinatōnes carnis. Et idō dicebat
apl's. Det vob̄ de⁹ vt in charitate radicati et
fundati poſſitꝭ cōpͥhendere cū oib⁹ ſctis. ſup/
ple. gloriā dei. ad Eph. iij. Nota differētiam
int' radicatū ⁊ fundatū. Sic̄ arbores quarū
eſſe ⁊ viuere eſt in radice. Jtē fundati vt do/
mus cui⁹ eſſe ⁊ ꝑmanere eſt a bono ſuppoſito
⁊ fundamēto. Radix eſt ꝟt⁹ charitatis dans
humiditatē deuotōis eſſendi ⁊ viuēdi ſpūa/
liter. ⁊ fundamentū eſſendi ⁊ ꝑmanēdi in ea
dem. Multi tñ ſunt radicati ꝑ deuotionem
ſꝫ nō ſunt fundati. q2 modico vēto tēptatōis
ſtatim cadūt ⁊ eradicāſ. ſꝫ ſi ſunt fundati nō
timēt. Ecce neceſſitas iſtaꝝ ꝟtutū in h̄ mōo
Jdeo dic̄ thema Nūc ſcꝫ in h̄ mūdo manent
fides ſpes charitas tria hec. Nota dicuntur
theologicales ꝓpter obiectū ⁊ ꝓpter cām. De
ꝑmo obiectū aliaꝝ ꝟtutū eſt res creata. quia
obiectū humilitatis eſt deſpect⁹ honoꝝ. Ob
iectū caſtitatis eſt deſpect⁹ luxurie. Obiectū
miſericordie eſt diſpēſare bona in pijs cauſ.
⁊ ſic de alijs. Sꝫ obiectū iſtaꝝ triū ꝟtutū eſt
de⁹. q2 de⁹ eſt obiectū fidei. Quia fides nihil
aliud eſt q̄ꝫ credere. nā de⁹ dixit. Spes ē ſpe/
rare. q2 deus ꝓmiſit. Charitas aūt eſt dilige/
re deū ꝓpter ſe. ⁊ primū ꝓpter deū. Jterum
ſecūdo dicunſ theologicales ꝓpter cauſam.
Nā alias ꝟtutes poteſt homo acq̄rere per ſe
viuēdo moralit'. ſꝫ he tres nō pn̄t haberi niſi
a deo ſpēaliter infundanſ. Jdeo ſoluꝫ ꝓ iſtis
orat eccl'ia dicēſ. Omnipotēs ſempiterne de
us da nob̄ fidei ſpei ⁊ charitatis augmentū
⁊c̄. Nota oportet aliquas ꝟtutes eſſe theolo
gicales ad acquirendū beatitudinē ſupnatu
ralē. vt dic̄ ſanct⁹ Tho. ꝑma ſcđe. q. lxij. arti. j.
⁊ iij. ſcꝫ. di. xxiij. q. j. ar. iiij. q. iij. Et idem dic̄
in queſtionib⁹ deputatis de virtutib⁹. q. j. ca.
xij. Et vt dic̄ ſanct⁹ Thomas. Virtutes the
ologice dicunſ. q2 habēt deū pro obiecto. et
quia a deo infundunſ. ⁊ tm̄ ꝑ reuelationē di
in ſacra ſcriptura tradunſ. vt dicit ſanctus
Tho. ibi. ſ. ꝑma ſcđe. q. lxij. ar. j. ⁊ iij. di. xxiij.
q. j. ar. iiij. q. iij. He em̄ ꝟtutes hn̄t idē ꝑ obie
cto ⁊ fine. ſ. deū. vt dic̄ ſanct⁹ Tho. q̄rto ſcꝫ.
di. xiiij. q. j. ar. j. q. iiij. ſcđm. iij. di. ix. Et ſūt tm̄
tres. ſ. fides. ſpes. charitas. prima ſcđe. q. lxij.
ar. iij. Secūdo declarandū eſt ꝟbū thema
tis iuxta itellectū appropriatū ſeu ſpiritualē.
Pro quo ſciendū ꝙ in alio mūdo ſecreta lo
ca ſeu receptacula animaꝝ ex hac vita dece/
dentiū ſunt tria. ſ. Prim⁹ infern⁹ damnatorū
qui eſt loc⁹ inferior. vbi eſt fides ſolū ſine cha
ritate. Quō eſt fides in demonib⁹ ⁊ quō nō.
oñdit ſanct⁹ Tho. ſcđa ſcđe. q. v. ar. ij ⁊. q. xviij
ar. iij. ad ſcđm. ⁊ in tertio ſcripto. diſ. xxiij. q.
iij. ar. iij. q. j. diſ. xxvj. Secūdus loc⁹ eſt pur/
gandoꝝ vbi eſt ſpes ſingulariter. Terti⁹ loc⁹
eſt beatoꝝ vbi eſt charitas excellenſ. Dico
ꝑmo ⁊c̄. ꝙ in inferno nō ſit ſpes. Auctoritas
Mortuo homīe impio nulla erit vltra ſpes
Prouer. xj. Jmpenitēs dr̄ impi⁹ et crudelis
quia noluit liberare filiā regis. ſ. animā ꝓpriā
ab incendio cū poſſet ⁊c̄. ipſo mortuo nulla
erit ſpes vltra. ſ. nec redemptiōis nec liberati
onis. nec etiā releuationis. ſic extirpaſ error
aliquoꝝ theologoꝝ antiquoꝝ ⁊ gloſarū aliq̄
rum iuriſtaꝝ dicentiū. ꝙ licet in inferno nul
la ſit redemptio. tamē eſt ibi penaꝝ alleuiatō
Dant exemplū de illo q̄ portat ſiue gerit ali/
quod on⁹ graue. qui licet nō poſſit onus di/
mittere. tamē iuuaſ ⁊ releuaſ dādo ſibi ad co
medendū vel bibendū. Jta vt dicūt illi ē de
onere anime damnate. que licet nō poſſit de
ponere on⁹ penaꝝ. poteſt tamē habere releua
tionē ex bonis que fiūt hic a parentibus. ⁊c̄.
Hoc eſt falſum ⁊ erroneū ⁊ ꝑ eccleſiā repro/
batū. Quia mortuo homine impio. ⁊c̄. imo
dico vobis forti⁹. ꝙ quanto plura fiūt ꝓ ali/
qua anima dānata. tanto magis pena augm̄
tatur. Declareſ hoc per ſimilitudinē ꝺ capti
uo. q̄ portat on⁹ durū captiuitatis. ⁊ parētes
mittūt ſibi preciū redemptiōis. ſꝫ ꝑdiſ i ma/
ri vel al's Et qñ captiu⁹ ſcit. ille non ſolū non
releuaſ. imo magꝭ dolor eſt ſibi ⁊ triſticia au/
gmentaſ. nā ſibi nō ꝓfuit illud p̄cium. Jdeꝫ
eſt de damnatis. Jtē in inferno nō eſt niſi cō
trarietas ⁊ malignitas. quia pater odit filiū
ꝓ quo fuit damnat⁹. ⁊ econuerſo. vir contra
vxorem ⁊ ecōuerſo. ⁊ q̄ꝫto hic fuerūt amores
maiores. tanto magis eſt odiū inter eos. di/
cendo. Jn malignitate noſtra cōſumpti ſu/
mus ⁊c̄. Talia dixerūt in inferno hi qui pec
cauerūt. quoniam ſpes impij tanq̄ꝫ lanugo ē
que a vento tolliſ ⁊ tanq̄ꝫ ſpuma gracilis q̄a

Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

vento diffuſa eſt. ⁊ tanꝗ̃ memoria hoſpitꝭ vni
us diei ꝑtereũtis. Sap. v. Nota h̄ argumẽ
tũ in oppoſitũ. Nã diceret aliq̇s. videt̃ ꝙ i in/
ferno ſit charitas. Nã dic̄ text⁹ Luc. xvj. de il
lo diuite q̇ licet nullũ hr̄et ſpem liberationis
nec releuatōis. q̄ꝛ nec guttã aque potuit ob/
tinere. tñ orauit dicẽs Rogo te pr̄ vt mittas
lazaꝝ in domũ pr̄is mei. habeo eñ q̇nqꝫ fra
tres vt teſtet̃ illis ne ⁊ ipi veniãt in hũc locũ
tormẽtoꝝ. Luc. xvj. Videt̃ ḡ ꝙ illa petitō ſit
charitatꝭ. Rñſio ꝙ in inferno nō eſt charitas
ſꝫ tota malignitas. Ad auctoritatẽ dico ꝙ ſi
cut in h̄ mũdo ſunt ſocij i pctis. ſic i alio mũ/
do erũt ſocij in penis. ⁊ ſic peccãdo vn⁹ ani/
matur ab alio quia multi cum minori timo
re peccãt ꝗ̃ ſol⁹ vnus. ſic pena maior eſt qñ
ſunt plures. ⁊ ꝗ̃to magis creſcit numer⁹ ſoci
orum. tãto magꝭ augmẽtat̃ pena. q̄ꝛ vn⁹ cruci
at aliũ. Sic̄ de igne in q̇ ꝗ̃to magis ponit̃ ō
lignis. tãto magis augmentat̃ flãma ⁊ vnuꝫ
lignũ incẽdit aliud. Jō diues ille orauit. nō
ex charitate ſꝫ ex timore ne ſibi pena augmẽ
taret̃ in aduẽtu fratrũ q̇ fuerũt ſocij ſui i pec/
catis. Nō ḡ hñt ſpem nec charitatem dãnati
ſed hñt fidẽ. Eſt eñ fides in demonibus co
acta nō laudabilis nec eſt donũ gr̄e. Dic̄ eñ
ſanct⁹ Tho. ſcða ſcðe. q. v. ar. ij. in ſolutōe ad
tertiũ. Hoc ipſum demonib⁹ diſplicet ꝙ ſig̃
fidei ſunt tã euidẽtia vt ꝑ ea credere cõpellãt̃
Et ideo in nullo minuit̃ coꝝ malicia ꝑ hoc
ꝙ credũt. Jtẽ dic̄ ſanct⁹ Tho. ij. ij. q. xviij. ar.
iij. in ſolutiōe ad ſecundũ. ꝙ magis poteſt eſ/
ſe informis fides in dãnatis ꝗ̃ ſpes. Q̄ꝛ Au
guſtin⁹ dic̄ in enchiridion. Fides eſt malaꝝ
reꝝ ⁊ bonaꝝ ⁊ ꝑteritaꝝ ⁊ p̄ntiũ ⁊ futurarũ et
ſuaꝝ ⁊ alienaꝝ. Sed ſpes nō eſt niſi rerũ bo
naꝝ futuraꝝ ad ſe ptinentiũ. Et iō magis p̄t
eſſe fides informis in dãnatis ꝗ̃ ſpes. q̄ꝛ bo
na diuina nō ſunt eis futura poſſibilia ſꝫ ſũt
eis abſentia. Nō eſt ergo ſpes in damnatꝭ. ſꝫ
ſuo modo vel aliquo mō vt patuit fides in/
formis. quia dicit ſanct⁹ Thomas. ꝙ velint
aut nolint habẽt credere ex euidẽtia facti qñ
ſentiũt penas ⁊ tormẽta ⁊ vidẽt gl̄iam beato
rum. tũc credunt fidẽ xp̄ianã eſſe verã. Et ꝙ
habẽt fidem Auctas. Tu credis qm̄ vnus ẽ
de⁹. ⁊ bene facis. ⁊ demones credũt ⁊ contre
miſcũt. Jac. ij. Nota cũ dr̄. ⁊ ꝯtremiſcũt. qm̄
demones ⁊ aīe dãnate timẽt diẽ iudicij. Rō.
Nam ſic̄ miles capt⁹ in lata captiōe. ſi ſciret
tali die ſe incluſuꝝ in anguſta captione. mul
tũ timeret illũ diẽ. Sic eñ demones faciũt
⁊ anime damnate. q̄ꝛ modo hñt latã captio/
nem. ſꝫ in die iudicij recludent̃ in corporibuſ
ignitis ⁊ fetidis. idō iſta ratōe ꝯtremiſcunt ⁊
tu luxurioſe ſuperbe ⁊ auare habes fidem et
nō cõtremiſcis de iudicio. Et iō de inferno
nũc poteſt dici. Manet fides ſola Secũ/
dus eſt loc⁹ purgandoꝝ. vbi habẽt ſpem ſin/
gulariter. q̄ꝛ licet habeãt fidem ⁊ charitatem
tamẽ ſingulariter hñt ſpem. ſ. felicitatis cer/
tiſſimã. habẽt eñ ſpem impermutabilẽ. ſcien
tes ꝙ anima nō poteſt peccare. quia aīa ſe
parata a corpe ſe firmat in gratia vel i culpa
iuxta ſtatum in quo egredit̃ de corpe. Si in
culpa egredit̃ tũc eſt impmutabilis. Jō ſem
per durat pena. Declarat̃ ꝑ ſimilitudinem ō
malo filio q̇ qñ verberat̃ murmurat erigẽdo
ſe. Sic ⁊ dãnati qñ ſentiũt flagella ſtatim ſe
erigũt ꝯtra deũ Sꝫ illi de purgatorio deceſ
ſerũt in gratia. ideo nō poſſunt illã amittere
eo q̄ꝛ nō poſſunt peccare. Et licet flagellent̃.
vt boni filij ſuſcipiũt patiẽter. ita ꝙ non p̄nt
ꝑdere gr̄am. Auctas. Si ceciderit lignũ ad
auſtrũ aut ad aquilonẽ. in quocũqꝫ loco ceci
derit ibi erit. Eccs. xj. Et in ꝑſona cuiuſlibꝫ
illoꝝ de purgatorio dicit Dauid. Jn pace i
idipſum dormiã. ſ. per mortẽ. ⁊ requieſcã. ſcꝫ
ſm̄ corp⁹ in ſepulcro. Quoniã tu dñe ſingu/
lariter in ſpe cõſtituiſti me. p̄s. iiij. Anima ei
exiſtens in purgatorio cõſtituta eſt in ſpe tri/
plici ratione. ſcꝫ habẽdi gloriam paradiſi. ex
eundi de purgatorio. ⁊ de adiutorio amico/
rum ꝙ ſibi ꝓderũt ſuffragia. De purgatorio
ergo poteſt dici thema ſic. Nũc ſcꝫ in purga
torio. q̄ꝛ poſt diẽ iudicij nō erit purgatoriuꝫ
manet ſingulariter hec ſcꝫ ſpes Terti⁹ lo/
cus eſt beatoꝝ. ſ. paradiſus vbi non eſt fides
vt dic̄ ſanctus Tho. ꝓma ſcðe. q. lxvij. ar. iij.
⁊. v. ⁊ ſcða ſcðe. q. xviij. ar. ij. Similiter nec i
beatis eſt ſpes. vt dicit in eodem articulo. ſꝫ
ꝑfecta charitas ſolũ ⁊ excellenter. Fides aũt
habet defectũ eſſentialiter ſibi annexum. in/
quantũ eſt de nō viſis. ſed in celo vident̃ om
nia clare. Sicut nũc videmus ꝑ ſpeculum i
enigmate. tũc aũt facie ad faciẽ. ꝓma ad Co/
rinth. xiij. Nota. videm⁹ nũc. ecce fides. tunc
autẽ facie ad faciẽ. Spes etiã habꝫ defectũ
eſſentialiter annexum. inꝗ̃tũ eſt de non ha/
bitis. Jn celo aũt om̄ia deſiderata habẽtur.
Nam dicit dauid. Satiabor cũ apparuerit
gloria tua. p̄s. xvj. Jdeo in paradiſo fidei ſuc
cedit ſcĩa ⁊ clara viſio. ſpei autem poſſeſſio ſi
ue cõꝓhenſio. charitas autem nullũ habꝫ



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

 Biblioteca Valenciana

defectũ eſſentialit̃ annexũ, iõ eñ in patria nõ euacuabit̃. vt dič ſanct⁹ Tho. pma ſcđe. q. lx vij. ar. vij. ⁊ iij. di. xxxj. q. ij. arti. ij. Vñ dr. j. ad Co. xiij. Charitas nũq̃ excidet. ſ. p mortẽ bo noꝝ. ſ3 pficiet̃. iuxta illd qđ pñt dicere electi ſiue bti. De⁹ in nob̃ manet ⁊ charitas ei⁹ i no bis pfecta ẽ. j. Jo. iiij. Nota cũ dr. de⁹ in nobiſ manet. ſ. p clarã viſionẽ ⁊ poſſeſſionẽ. Jđ poſ ſum⁹ ſic itelligere thema Nũc manet fides in inferno ſolũ. ſpes i purgatorio ſingularit̃. ca ritas in pađiſo pfecte.

Sermo. iij.

Ecce aſcendimus hieroſolymã. Luč. xviij. Noſter ſer mo erit de aſcẽſu ad pađiſum Ma teria erit vtilis ⁊ bona Sz añ oĩa ſalutet̃ v go Maria. Cogitãti mihi tps anni ſm q̃ vi uunt pſone mũdane. magnã inuenio differẽ tiam int̃ tps carnale. qđ finit̃ hodie. ⁊ q̃dra geſime. qđ incipit cras. q2 differũt ſicut aſcẽ ſus ⁊ deſcẽſus volãdi in altũ ⁊ cadẽdi deorſũ Tpe eñ carnali plures p malã vitã deſcen dunt. ⁊ nõ conuertunt̃ de peccatis. nec ꝯfiten tur nec humiliant̃. ſed faciũt ſuperbiaſ. vani tates. ⁊ nõ curant de opib⁹ miſericordie. ſ3 đ auaricia. vſura. ⁊ de furtiſ. nõ curant de caſti tate. ſ3 bñ de luxuria. nec curant de abſtinen tia. ſed comedunt ⁊ bibũt guloſe. Jđ eſt tem pus deſcẽdendi de pctõ in peccatũ. ⁊ p cõſe quens ad infernũ. Jdeo dr. Tenent tympa num ⁊ cytharã. ⁊ gaudẽt ad ſonitum organi. Ducũt in bonis dies ſuos ⁊ in puncto ad in ferna deſcendũt. Job. xxj. Nota cũ dicit. Te nent. ſ. in tpe carnali tympanu3. ⁊c. Et ponit quattuor peccata in quib⁹ includunt̃ oĩa alia pctã. Tympanũ ſignat peccatũ luxurie ⁊ carnalitatis. Nã pmo tympanu3 eſt figure rotũde. nõ eñ eſt longũ. Talis eſt ꝯditio pſo ne luxurioſe. Rotũda eſt quia ſemp vadit in circuitu querendo pſonã quã diligit. Jdeo dauid in ps. xj. In circuitu impij ambulant Jtẽ tympanũ eſt depictũ. Sic etiã eſt perſo na luxurioſa. tota eſt ornata ad laſciuiam ⁊c Jtẽ timpanũ habet quaſdã puas nolas que faciũt ſonũ. ſic eſt de pſona luxurioſa. nã fač ſonũ loquẽdo blande. Jtẽ tympanũ qñ tãgi tur. in pelle tangit̃. Sic etiã pſone luxurioſe ſe mutuo tãgere nitunt̃. ſed in dãnationem animaꝝ ſuaꝝ. Ecce pmũ peccatũ qđ tangit̃ in auctoritate. Secũdo dič q̃ tenẽt cytharã Hic tangit peccatũ auaricie. Nota hic ꝯditi ones cythare. Nã pmo ipſa eſt de ligno ſicco Ecce ꝯditio auaricie. q2 nullã dulcedinẽ vel ſuccũ habet miſericordie ad paupes. Scđa ꝯditio q2 eſt vacua. ⁊ ſic eſt auar⁹. Nã vacu⁹ eſt meritis ⁊ ṽtutib⁹. licet ſit plenus diuitijs Apoč. iij. Dicis q2 diues ſum ⁊ neſcis q2 mi ſer es. Tertia q2 cythara h3 quattuor paria cordaꝝ q̃b⁹ ſonũ fač. Sic ſunt quattuor pa ria ſpẽꝝ pcti auaricie. Primũ par eſt rapina dñoꝝ ⁊ ſymonia clericoꝝ. q̃ ſimul faciunt ſo num acutũ. q2 iã audiunt̃ p totu3 mundum. Secundũ par eſt vſura mercatoꝝ ⁊ calum nia aduocatoꝝ. Jã mercatores nihil ſciunt facere ſine vſura. pmo emẽdo min⁹ ꝓpter ſo lutiõis pũentionẽ. ſcđo vendẽdo pl⁹ ꝓpter ſo lutionis dilatiõ3. Jtẽ mutuãdo centũ flore nos recipiẽdo p illo mutuo q̃nq̃ vel decem florenos. eſt vſura. De q̃ ſanct⁹ Tho. pulcer rime determinat ſcđa ſcđe. in materia đ vſu ra. Tertiũ par eſt fraus vel fictũ ſeruitiũ ope rarioꝝ. Quartũ eſt furtũ occultũ latronum. ⁊ detẽtio laborantiũ q̃ ſibi retinẽt decimas. ⁊c. Jtẽ legata teſtamentoꝝ. Multi tangunt iſtam cordam. Ecce ſecundũ pctm̃. Tertio dicit q̃ gaudẽt ad ſonitũ organi. Ecce h̃ pec catũ ſupbie. Organũ eñ duab⁹ follib⁹ ſona tur. Sic etiam ſupb⁹ duab⁹ follib⁹ inflatur. Vna de excellẽtia tpali ꝓpter potẽtiã vel ſciẽ tiam. gen⁹ vel diuitias. Secũda eſt de excel lentia ſpũali. ⁊ iſta eſt deuotiõis. humilitatiſ ⁊c. Et in pũcto ad inferna deſcendũt. ⁊ h̃ põ dere peccatoꝝ. Ecce quõ tps carnale ẽ tem pus deſcẽdendi ſ3 h̃ tps quadrageſime ẽ tps aſcẽdendi. q2 in hoc tpe bon⁹ xpian⁹ dimittit vanitates. humiliat̃ ⁊c. reſtituit. confitet̃. fač penitentiam. ieiunat ⁊c. Et incipit hoc tem pus cras. Jdeo de iſto ſancto tempe propo ſui thema. Ecce aſcendim⁹ hieroſolymam. id eſt. vitam eternã. Jſte aſcẽſus eſt tã mira bilis ṽtutis q̃ de⁹ nõ declarauit ipm ſil' ſed paulatim fuit manifeſtat⁹ hominib⁹ ⁊c. Et

Prio in lege nature fuit figuralit̃ deſigñt⁹

Secundo in lege ſcripture fuit graduali ter numeratus

Tertio in lege grẽ ṽtualit̃ nominat⁹

Dico pmo q̃ in lege nature fuit figuralit̃ de ſignatus. ⁊ hoc vſq̃ ad moyſen. in qua gẽtes non habebant libros nec doctores ſeu magi ſtros. ſed ſolo itellectu naturali gubernabãt ſe. ⁊ in tempore illo iſte aſcenſus virtutũ ſin gulariter fuit pſignatus. vt patet Geñ. xxviij vbi legit̃ q̃ Jacob poſt ſolis accubitũ vidit

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



diuinā reuelationē. tandē vidit vnā magnā ſcalā tenentē caput vnū in terra. aliō in celo. ⁊ vidit angelos aſcēdentes ⁊ deſcēdētes. ⁊ vidit dn̄m tenentē caput ſcale. Et dic̄ text⁹. Uidit Jacob ſcalā ſtantē ſup terrā ⁊ cacumē ei⁹ tangēs celū. angelos q̄ꝫ dei aſcēdētes ⁊ deſcēdētes ꝑ eā ⁊ dn̄m innixum ſcale. Gen̄. xxviij. De iſta viſione ſunt q̄ttuor pūcta declarāda. Primū eſt q̄ eſt iſta ſcala. Secūdum quomō ſtat ſup terrā. Tertiū q̄ ſunt angeli aſcēdētes ⁊ deſcēdentes. Quartū de dn̄o innixo ſcale. De p̄mo. Jſta ſcala eſt bona vita. ſ. cauere a peccatis. ⁊ facere opa meritoria. Quilibꝫ em̄ tenēs bonā vitā ſtat in ſcala v̾tutū. ⁊ eadē die qua incipit bonā vitā incipit aſcēdere. Per hāc em̄ ſcalā opꝫ nos aſcēdere ad celum. et null⁹ credat ſe aſcēdere ex genere. ſcia. diuitijs poteſtate vl̕ dignitate. ſed ſolū ex bona vita. Un̄ Dauid q̄ſiuit a ſuis doctoribꝫ. Et quis aſcēdet in montē dn̄i. in. p̄s. xxiij. Et nullus doctoꝝ ſciuit rn̄dere. ſꝫ ſpūſſanct⁹ reſpōdit ei dicēdo. Jnnocēs manibꝫ ⁊ mūdo corde. qui nō accepit ī vano aīam ſuā. nec iurauit ī dolo primo ſuo. Hic accipiet bn̄dictionē a domino ⁊c̄. Totum h̄ eſt de bona vita nec alia ſcala eſt aſcēdendi in celū. Scd̄o dic̄ ꝙ tenebat pedē in terra ⁊ cacumē ei⁹ tāgebat celum. Scala bone vite h̄uit duas bonas diſpoſitiones. Una an̄ aduentū x̄pi. q̄ꝛ tunc tenebat pedē in inferno. ⁊ cacumē ei⁹ tenebat ī terra. q̄ꝛ tūc om̄s quātūcūqꝫ fuiſſent ſancti ⁊ bone vite om̄s deſcēdebāt in infernū. capiēdo nomē inferni nō ſtricte ſꝫ generalit̕. Auctoritas. Quis eſt hō q̄ viuet ⁊ nō videbit mortē. eruet aīam ſuā de manu inferni. q. d. nullus. p̄s. lxxxviij. Sꝫ venit x̄ps ⁊ paſſus eſt ꝑ ſaluatōne credentiū ⁊ obedientiū. ⁊ reſurgēs ⁊ in celum aſcēdens erexit ſcalā tenēs pedē in terra ⁊ cacumē tāgit celū. ꝑut de btō dn̄ico legitur quō in hora mortis ſue videbat̕ in celū aſcēdere ꝑ ſcalā. ꝑut plen⁹ in eius legenda habet̕. Jō modo ē hora aſcēdendi ſi vultis in celuꝫ aſcēdere. iō cū maiori leticia ⁊ feruore deberemus mō ſuire deo q̄ꝫ antiq̄tus patriarche ⁊ ꝓphete. q̄ꝛ nō oportet nos deſcēdere ī infernū ſꝫ aſcēdere in celū. Jō x̄ps. Qui fac̄ volūtatē patris mei q̄ in celis eſt. ipe intrabit ī regnuꝫ celoꝝ. Math. vij. Uolūtas dei eſt tenere bonam vitā. Tertio dic̄ ꝙ angeli aſcēdebant ⁊ deſcendebāt ꝑ eā. Hoc figurabat ꝙ ꝑ iſtam ſcalā bone vite aſcendūt feruētes ⁊ deſcēdūt tepeſcētes. q̄ modo dimittūt vnū aliud cras

⁊ ſic paulatim perdūt deuotionē. Jō ſꝑ debēmus aſcēdere ⁊ bonā vitā augmētare. Hoc nō dꝫ intelligi ꝑ opeꝝ multiplicationē. ſed ꝑ augmētū feruoris ⁊ ꝯtinuationē. Et iſto modo hō aſcēdit. Verbi grā. Qui vult bonā vitam tenere ſm̄ ſuā q̄litatē ⁊ cōplexionē debꝫ recipe certas orōes ⁊ ieiunia ⁊ iſta cōtinuare cū feruore ſpūs. Cogitate ſi hō ſit hodie magis deuot⁹ q̄ꝫ heri vel an̄ heri. q̄ꝛ ſi ſic. ſignū ē ꝙ aſcēdit. ſi nō. ſignū eſt ꝙ deſcendit. De iſto aſcēſu ⁊ deſcēſu. Ecce ꝓpha Dauid. Aſcēdūt vſqꝫ ad celos. ⁊ deſcēdūt vſqꝫ ad abyſſos. aīa eoꝝ in mal̕ tabeſcebat. in. p̄s. cvj. Querit h̄ ſanct⁹ Bern̄. dicēs. Jacob vidit angl̕os aſcēdentes ⁊ deſcēdentes ⁊ nō vidit angl̕os ſtātes. Quia ī bona vita null⁹ pōt in eodeꝫ loco ſtare. nā oportet aſcēdere vl̕ deſcēdere. ⁊ nullus poteſt dicere. ego ſuiui do. l. annis. ideo ſufficit. De⁹ dabit mihi ꝑadiſum. tl̕es ſtatim deſcendūt. Jō Bern̄. rn̄dendo ad q̄ſtionē dicit. Jn via dei nō ꝓgredi regredi eſt. Quarto dicit ꝙ vidit dn̄m innixū in capite ſcale. naꝫ aſcendentes cū magnis laboribꝫ aſcendunt. doloris. tempeſtatū. temptationū. ⁊c̄. et ne ḡ deficiant in via ſtat dominus in capite ſcale vocans ⁊ ſuſcipiens nos ſuos fideles dicendo. Uenite ad me om̄s q̄ laboratis ⁊ onerati eſtis. ⁊ ego reficiā vos. Math. xj. Ecce q̄modo iſte aſcēſus fuit ī lege nature figuralit̕ ꝓſignat⁹. Dico ſcd̄o ꝙ iſte aſcēſus fuit in lege ſcripture gradualit̕ numerat⁹. ⁊ lex ſcripture dr̄ eo ꝙ de⁹ dedit legē in libro ſcriptam. q̄ꝛ intellect⁹ natural̕ nō ſufficiebat. ideo deus dedit legē in ſcriptis mille ⁊ q̄ngentis annis. ſ. a Moyſe vſqꝫ ad x̄pm. Tūc em̄ iſte aſcenſus fuit gradualit̕ numerat⁹. Licet enim Jacob ꝓuideret aſcēſum bone vite in celū ꝑ figuraꝫ ſcale. tn̄ nihil dr̄ de gradibꝫ hui⁹ ſcale. ſꝫ ſcriptura in lege ſcripture. Dauid ꝑ ſpiritū dei ꝓuidit numeꝝ graduū. ſ. xv. Unde legit̕. j. Paralip. xxviij. ꝙ reuelauit de⁹ ſibi ꝙ nō ipe. ſꝫ fili⁹ ſu⁹ Salomon edificaret ſibi domū ſiue templum. ⁊ reuelauit ſibi totā diſpoſitionē tēpli. propter qō Dauid vocauit tūc filiū ſuū ſalomonem q̄ erat nouē vel decē annoꝝ. dicēdo ſibi. Ecce fili mi ego propoſuerā edificare tēplum dei ſed de⁹ noluit. q̄ꝛ effudi ſanguinem ſed dixit mihi ꝙ tu edificabis ſibi domū. Jō edificabis eam in tali loco. ſcꝫ in monte ſyon tali mō ⁊ facies q̄ndecim grad⁹. Nā templuꝫ figurabat gl̕am ꝑadiſi. iuxta illud. p̄s. xxviij. Jn tēplo ei⁹ om̄s dicent gl̕am. Quindecim



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

vero gradꝰ figurabāt q̇ndecim gradus ſcale
bone vite q̇bꝫ in celū aſcēdimꝰ. ꝓpt̄ qđ dauid
cōpoſuit q̇ndecim pſalmos q̇ dicūt canticuꝫ
q̇ndecim graduuꝫ. qꝛ in q̇libet ḡdu cātabat̄
vnꝰ pſalmꝰ a leuitꝭ aſcēdendo i magnis feſtis
ꝛ ſolēnitatibꝫ dū portaret̄ hoſtia in templuꝫ.
In p̄mo gradu cātabat̄ pſalmꝰ. Ad dn̄m cū
tribularer. ꝛ etiaꝫ a leuitꝭ inchoātibꝫ. ꝛ ſic de
alijs. Nā figura fuit ſcale bone vite in q̄ ſunt
q̇ndecim gradꝰ ꝛ in q̇libet angeli laudāt deū
Jō Iſaias. Venite aſcēdamꝰ ad monteꝫ dn̄i
ꝛ ad domū dei Jacob. ꝛ docebit nos vias ſu
as. Iſa. ij. Dico tertio ꝙ i lege grē h̄ aſcen/
ſus fuit ꝟtualit̄ nominatꝰ. Tp̄s legis grē eſt
tp̄s p̄ñs in q̄ deꝰ ſua grā voluit deſcēdere. vt
nos aſcēdamꝰ. Quāuis em̄ dauid i lege ſcri/
pture p̄uideret numeꝝ ḡduū in aſcēſu per bo
nā vitā ad celū. tñ non expſſe eos nominauit
Sꝫ ecce ap̄ls Paulꝰ q̇ celū aſcēderat eos ex
preſſe nomiauit p̄ ꝟtutes charitati annexas
dicēs in ep̄la dn̄ice currētis. Charitas pati
ens eſt. benigna ē. ꝛc̄. Scala eſt charitas. q̇
idem eſt qđ bona vita. Et enumerat q̇ndeci
ꝟtutes charitati annexas tanq̄ꝫ quindecim
gradꝰ bone vite. Et p̄mo dicit. Charitas pa
tiens eſt. Ecce ꝙ patiētia eſt p̄mus gradꝰ ſca
le charitatis ſeu bone vite. Rō. qꝛ ſtatim mū
dus bellat ꝯtra illū q̇ incipit bonā vitā. ſicut
deberet cōmendari ꝛ laudari deridet̄ dicen
do. Singularis eſt hypocrita ꝛc̄. ad placitū
Nota hic de quolibet ſtatu ſm̄ ꝙ expediet.
Jdeo neceſſaria eſt patiētia exemplo xp̄i cui
a malis dicebat̄. Samaritanꝰ es ꝛ demoni/
um habes ꝛ patiēs ſuſtinuit. Bn̄dictꝰ eſt qui
hanc virtutē habet ꝛ nō turbat̄ de ſimilibus
verbis. Et iſte talis pōt tūc cātare p̄mū pſal
mū dicendo. Ad dn̄m cū tribularer clama/
ui ꝛ exaudiuit me. Dn̄e libera aīam meā a la
bijs iniquis. ꝛ a lingua doloſa. ꝛc̄. Secūdo
charitas benigna eſt. Et nota hic differenti
am inter patiam ꝛ benignitatē. Et mlťi ſunt
patiētes q̇ nō ſunt benigni. Verbi grā. Qui
nō vult vindictā d̄ inimicꝭ ꝛc̄. patiēs eſt. ſꝫ ni
ſi faciat bonū inimicis orādo p̄ eis nō eſt be/
gnus. Multi remittūt iniurias dicēdo. nō
nocerē inimico meo Modo habetis patien
tiam. Sꝫ niſi loq̄mini cū eo ſalutādo ipſum
loquēdo cū eo. nō eſtis benigni. Jō oportet
aſcēdere ſecundū gradū. Et ita faciebāt ſan/
cti q̇ nō ſolū erāt patiētes ſꝫ ꝛ benigni. Jdeo
q̇libet eis ſimilis pōt dicere ſcđm pſalmum ꝛ
cātare. dicēdo. Leuaui oculos meos i mon

tes. ſ. in ſctōs. vñ veniet auxiliū mihi. ꝛc̄ Ter
tio charitas nō emulat̄. i. nō eſt inuidioſa. h̄
eſt magꝭ. Multi ſūt patiētes ꝛ benigni. ſꝫ qñ
audiūt aliū laudari inuidēt ꝛ triſtant̄. Et ꝓpt̄
h̄ dic̄. Charitas nō emulat̄. Eſt aliq̇s iuidēs
qꝛ nō eſt iuratꝰ baliuꝰ ſeu vicarꝰ. vt talis. ꝛc̄.
Cauete a l'escadetꝭ de ſcala charitatꝭ et bone
vite. Itē inuidꝰ aliq̇s q̄nq̄ꝫ eſt de bonis ſp̄ua
libus. h̄ eſt maioꝛ inuidia. vt qꝛ alter eſt ſapi/
entioꝛ. doctioꝛ. deuotioꝛ. ſanctioꝛ. de q̄ nō eſt
inuidendū ſꝫ gaudēdū Et tūc in iſto caſu po
terit cātare pſalmū. ſ. Letatꝰ ſum i his que di
cta ſunt ꝛc̄. Quarto charitas n̄ agit ꝑperā. i.
ꝑuerſe. aduerbiū. ꝑperā vult dicere ꝙ in oībꝫ
dictis ꝛ factis bō habeat intētionē ad deum
nō ad laudes. familiaritates. vl' ad bona tp̄a
lia. Et tal' poterit cātare quartū pſalmū dicē
do. Ad te leuaui oculos meos. i. intentiones
rectas. q̇ habitas i celis. Quinto. charitas n̄
inflat̄. ſ. p̄ p̄ſumptionē vel ſupbiā vel iactanti
am. ꝛ licet faciāt mlťa bona ex h̄ nō inflātur
ſupbia. ſꝫ dicūt Plura fecit deꝰ p̄ me qꝛ habe
re ſupbiā ꝛ p̄ſumptiōꝫ de bonis opibꝫ ſtulti
cia eſt. ac ſi aſinꝰ oneratꝰ de auro ſupbiret. cū
tñ ſit magꝭ timendū ꝛ ſuſpirādū. Nā ſi aſinꝰ
oneratꝰ auro magꝭ ſuſpirat q̄ꝫ ille q̇ eſt onera
tus ſtercore. Ita de illis q̇ portāt onꝰ p̄cioſo
rū opeꝝ bonoꝝ nō p̄ſumere ſꝫ timere debēt ꝛ
ſuſpirare. qꝛ niſi deꝰ iuuaret nō poſſetꝭ porta
re. Et tales p̄ñt cātare. Niſi qꝛ dn̄s erat i no/
bis. dicat nūc iſrl' niſi qꝛ dn̄s erat in nob. ꝛc̄.
Sexto. charitas nō eſt ambitioſa. ſ. tp̄aliuꝫ
honoꝝ. dignitatū. p̄lationū ꝛc̄. Sunt multi
qui faciūt multa bona op̄a. cogitando h̄ ſci/
etur a rege ꝓpterea ero p̄motꝰ ꝛc̄ ꝓpter h̄ dicit
charitas nō eſt ambitioſa. Nullꝰ dꝫ ſibi ꝓcu
rare officiū. regimē. p̄lationē. vl' curā aīaꝝ
imo deberet appellare dicēdo O miſer neſcio
quē cōputū dem de domo mea ꝛc̄. Nā oīs
dignitates hꝰ mūdi ſunt niſi vētus. ideo non
debetis ꝯfidere in dignitatibꝫ. ſꝫ ſolū in deo
Et tūc poteritis cātare ſextū pſalmum Qui
ꝯfidūt in dn̄o ſic̄ mons ſyon. ꝛc̄. Septimo.
charitas nō q̄rit q̄ ſua ſunt. glo. ſꝫ cōia. ſcđm
glo. beati Augꝭ. dicētis. Charitas de q̄ ſcri/
ptum eſt ꝙ nō q̄rit q̄ ſua ſunt. ſic intelligitur
ꝙ nō ꝓpria cōibꝫ ſꝫ cōia ꝓprijs anponit. Ver/
bi grā. ſicut in naui vbi ſunt camere. de q̇bꝫ
eſt magis curanduꝫ de cameris vel de naui
claꝝ eſt ꝙ de naui. d̄ q̄ ſi amoueret̄ vna tabu
la oēs ſunt ſubmerſi. ꝛ nō ſi amoueret̄ tres
vel q̄ttuoꝛ camere. Sic eſt. nā villa ſeu ciui/

Biblioteca Valenciana

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

ꝗtas eſt ſicͤ vna nauis triū ꝯditionū hoīum.ſ.
religioſoꝝ clericoꝝ ⁊ merces laicoꝝ. Jtē do
mꝰ tua vel illiꝰ ſunt vt camere. Jdō magis cu
randū eſt de cōitate.ſ.corrigendo pctā noto
ria q̄ deſtruūt cōitatē. Secꝰ de ſecretꝫ q̄ ſolū
deſtruūt cameras.i.domū i q̄ fiūt. Sꝫ pctā
notoria vt diuioꝝ.blaſphematoꝝ ⁊ iuratoꝝ
luſoꝝ.meretricū ſecretaꝝ deſtruūt nauē cha
ritatis. Jdō Augꝰ. Quāto amplꝰ rē cōmunē
q̄ꝫ ꝓpriā curaueritis.tāto amplꝰ ꝓficere noue
ritis.vt patuit de naui. Et tūc poteritis cā
tare ſeptimū pſalmū Jnꝯuertēdo dn̄s capti
uitatē ſyon.ꝛc̄. Octauo.charitas non irritaꝛ
Sunt aliq̄ q̄ ſtatim indignanꝛ ⁊ ad irā ꝓuo
canꝛ.nō eſt ibi charitas.ſꝫ illi q̄ dulciꝛ recipi
unt dicendo. Deꝰ parcat nob.intm̄ q̄ ex illa
dulcedine aliq̄ corriguntꝛ illā correctionem
nō ſibi ſꝫ deo attribuūt. Et tūc talꝭ poteſt can
tare octauū pſalmū.q̄ incipit. Niſi dn̄s edifi
cauerit domum. Nono.charitas nō cogitat
malū. Multi ſūt q̄ timore diffamatōnis ſeu
verecūdie nō faciūt malū ſꝫ i corde hn̄t mul
tas malas cogitatōnes.ſꝫ timore dn̄i expelli
dn̄t.⁊ ſi h̄ faciūt pn̄t tūc cātare nonū pſalmū.
Bti om̄s q̄ timēt dn̄m.ꝛc̄. Decimo charitas
nō gaudet ſup iniq̄tate. Nā mlti ſunt q̄ non
facerēt malū nec pctm̄.ſꝫ qn̄ audiūt malū vꝭ
pctm̄ de aliq̄ gaudēt ⁊ ridēt. Verbi grā Per
ſona deuota n̄ vellet ebriari.ſꝫ qn̄ videt ebri
um ridet.ꝓpt h̄ dic̄. Charitas n̄ gaudet ſup i
iquitate.ſꝫ cōpatiꝛ.qꝛ ꝑdidit illō qō meliꝰ eſt
ſcꝫ intellectū. Jdē de aliq̄s irriſiōibꝫ Jtē ſunt
multi q̄ nolūt iurare ſꝫ ridēt de iuratore. Et
iſti pn̄t cātare decimū pſalmū. Sepe expu
gnauerūt me a iuuētute mea ꝛc̄. Undecimo
charitas ꝯgaudet ꝟitati. Quidā ꝫ tm̄ mētiūꝛ
q̄ etiā qn̄ dicūt veritatē nō crediꝛ eis. tꝭes n̄
hn̄t charitatē.qꝛ charitas ꝯgaudet veritati.
Jdō ꝑſone charitatiue ⁊ bone vite citiꝰ pone
rent ſtercꝰ in ore ſuo q̄ꝫ mendaciū dicerēt.nec
ꝑ excuſatiōe alioꝝ nec ſua q̄ꝫtūcūq̄ꝫ ipugnēꝛ.
Et q̄libꝫ talis pōt cātare pſalmū vndecimū
De ꝓfundis ꝛc̄. Duodecimo. charitas om
nia ſuffert. Ecce patiētia in aduerſis.ſ.i infir
mitatibꝫ.paupꝛtatibꝫ.doloribꝫ ꝛc̄. Quia ſicut
ſeruꝰ humiliter portat onus tale.⁊ h̄ ꝓpter ſa
larium ⁊ lucrū.ſic tales humiliꝛ portāt onuſ
aduerſitatis. Et quilibet talis poteſt cātare
duodecimū pſalmū. Dn̄e nō eſt exaltatū coꝛ
meū.ꝛc̄. Tredecimo.charitas oīa credit No
ta oīa.ſ.determiata ꝑ eccliam.ꝑ xp̄m ⁊ ꝑ apo
ſtolos ꝑ̄dicata credit. Sꝫ aliq̄ volūt diſpu
tare ⁊ examiare dicēdo. Videamꝰ quō ē ih̄s
xp̄s in hoſtia.magna ſtulticia eſt. Nā iam fu
it examinatū ⁊ purificatum. Jdō dēmꝰ ⁊ tene
mur cū māſuetudine illa ſuſcipe. ⁊ poterimꝰ
tūc cātare cū dauid.xiij.pſalmū ꝑdūū. Me
mēto dn̄e dauid ⁊ oīs māſuetudis eiꝰ. Deci
moquarto.charitas oīa ſperat.ſ.a deo ꝓmiſſa
⁊ finaliꝛ ſaluatōꝫ.nō ſolū ſuā ſꝫ oium tā iuſto
rū q̄ꝫ etiā iniuſtoꝝ qꝛ deꝰ poterit eos ꝯuertere
Et tꝭes pn̄t tūc cātare.xiiij.pſalmū.ſ. Ecce q̄ꝫ
bonū ⁊ q̄ꝫ iocūdū ꝛc̄. Decimoq̄nto.charitas
oīa ſuſtinet. Ecce ſufferētiā. Nā multi ſunt q̄
ſuſtinēt ꝟba iniurioſa.ſꝫ nō ſuſtinēt infirmi
tates. Aliq̄ ſuſtinēt infirmitateſ.ſꝫ nō paupta
tes.vꝭ malū tp̄s.ſꝫ charitas oīa ſuſtiet Nota
ſilꝭitudinē de illo q̄ ꝑ͞pe indulgētiaꝝ vadit ro
mā.q̄ qn̄ eſt iuxta portā nō intrat romā.ſꝫ re
dit.talꝭ nō lucraꝛ indulgētias. Jdē ſi aliquis
fuit deo.ſꝫ an̄q̄ꝫ ſit ad portā mortis ſi redit ꝯ̄
bona vita ad pctā dānatꝰ eſt. Jdō dic̄.omnia
ſuſtinet. Et qn̄ talis intrat ꝑadiſum angeli i
cipiūt cātare. Ecce nūc bn̄dicite dn̄m ꝛc̄. Jdō
nō debemꝰ reſpicere retro.ſꝫ aſcendamꝰ q̄ti
die ꝑſeuerādo. Si ꝟo ſit aliq̄s vēm q̄ nō ſit i
ſcala bone vite itret mō.qꝛ nūc icipit tp̄s.ſ.q̄
dragesime. Ecce nunc tp̄s acceptabile.ecce
nūc dies ſalutis.ꝛc̄.

In die cineꝝ Sermo.

Cum ieiunas un
ge caput tuū ⁊ faciē tuā laua. Ma
thei.vj Jllō qō i hac mortali vita ē
ꝑ̄cipue nobis neceſſariū in remiſſionē pctō
rum ⁊ ꝯſecutionē regni celoꝝ in alia eſt pnia
Nec habemꝰ aliud remediū in pctis poſt ba
ptiſmū factis. Nota ad h̄ ſimilitudinē de na
ui naufragiū patiēti.poſt qō nauigātes non
hn̄t aliud remediū vite niſi ponere ſe ad ali
quā tabulā.⁊ ibi firmiꝛ ſe tenere. alꝭs ꝛc̄. Jta
eſt de nobis. Nā dn̄s Jh̄s xp̄s q̄ eſt magnus
mgr̄ fecit vnā pulcrā nauē ad nauigandū ad
ꝑadiſum ſecure.ſ.innocentiā baptiſmalem.⁊
q̄ cū iſta nauigat recte vt beatiſſima ꝟgo va
dit ad ꝑadiſum ⁊ ad portū illiꝰ. De iſta naui
iuxta ſenſum ſpūalem eſt Auctas. Aſcēden
te Jh̄u in nauiculā.ſ.baptiſmū. ſecuti ſūt eū
diſcipuli eius.ſ.xp̄iani. Math.viij. Hec na
uis ſcꝫ baptiſmalis inocētie facit naufragia
⁊ rumpiꝛ inpingendo in rupe peccatoꝝ mor
taliū.ſ.vento temptationū dyabolicarū.vel
vndis inclinationū carnaliū ſeu ꝑiculis oc
caſionū mūdanaliū.intm̄ q̄ tot ſunt ꝑiclꝭa in



Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

mari h⁹ mũdi ꝙ de decẽ milib⁹ aiaꝝ nõ traſ/
fretat vna cũ iſta naui innocẽtie baptiſmalꝭ.
ꝗn peccet mortaliꝭ. ꝛ ſic rũpaꝭ. Jõ ad iſtar na
uigantiũ ſi volũt ſe tenere ad tabulã penitẽ/
tie fortiꝭ. adhuc pñt euadere. Hoc dicũt om
nes doctores tã theologi ꝗ̃ iuriſte ꝛ canoni
ſte. dicẽtes ꝙ pnia eſt ſcõa tabula p⁹ naufra/
giuꝫ. Sꝫ q̃re dꝛ ſcõa tabula. ꝗ eſt pͥma. Pro
rñſione nota duo naufragia ĩ natura huma
na. Et pͥmũ eſt generale. ſecũdum ꝑticulare
Primũ naufragiũ fuit iuſticie originalis ex
peccato ade. Nã tũc nauis iuſticie originaliſ
fuit rupta. ꝛ oẽs ĩ ea ſubmerſi fuim⁹ Auctas.
Per vnũ hoĩem peccatũ in hũc mõm intra/
uit. ꝛ ꝑ pctm̃ mors. ꝛ ita in oẽs hoĩes mors
ꝑtrãſijt ꝑ adã in ꝗ oẽs peccauerũt. ad Ro. v
Propter qđ ꝛ vt oẽs poſſent ſaluari de⁹ or
dinauit duas tabulas. ꝛ pͥma fuit baptiſm⁹.
ſcõa pnia. Jõ pnia dꝛ ſcõa tabula. Si ṽo vo
lum⁹ loq̄ de naufragio ſpẽali ſeu ꝑticlari. qđ
fit qñ tu vel ille peccas mortaliꝭ. tũc peniten
tia dꝛ pͥma tabula ꝛ nõ ſecũda. qꝛ nõ hẽmus
aliud remediũ ad ſaluandũ. Jdeo xp̄s dixit
Dico vobis ꝙ niſi pniam habueritis oẽs
ſimiliter peribitis. Lu. xiij. Ex q̃ ḡ pnia ẽ no/
bis neceſſaria. xp̄us oñdit nobis in themate
quõ eſt fienda dicendo. Cũ ieiunas vnge ꝛc̃
Jn quo xp̄s oñdit nobis tria neceſſaria cir/
ca que iſto tp̄e debem⁹ occupari ſi cũ tabula
penitẽtie cupim⁹ ſaluari que in themate ſub
tiliter intelliguntur ꝛc̃.

Primum eſt afflictio penitentialis. ibi. cũ
ieiunas.

Secundum oratio ſpiritualis. ibi. vnge
caput tuum.

Tertiũ eſt confeſſio ſacramentalis. ibi. fa/
ciem tuam laua

Dico pͥmo ꝛc̃. cũ dꝛ cũ ieiunas. ꝛc̃. Scie/
bat aũt xp̄s ꝛ ſancta mr̃ eccl̃ia que hꝫ ieiuniuꝫ
ordinauit ꝙ ieiuniũ eſt afflictio illis ꝗ nõ ſũt
aſſueti ieiunare. Dicit ergo. cũ ieiunas. preſu
mendo ꝙ oẽs xp̄iani ieiunẽt incipiẽtes ho
die ab hac die vſ ꝗ̃ ad paſca exceptis ſex do/
minicis. ꝛ ſic ſunt quadraginta dies ieiuna/
les. ꝛ ſic ieiunãdo ꝯformemur xp̄o tanꝗ̃ bo/
ni diſcipuli. ꝛ boni miſtri noſtro dño qui pro
nobis quadraginta dieb⁹ ieiunauit. Jõ apo
ſtolus. Exhibeam⁹ noſmetipſos ſicut dei mi
niſtros in multa patiẽtia. in ieiunijs multis
ij. ad Co. vj. Nota verbũ cũ dicit. Jn multa
patientia. qꝛ cũ multiplici patiã ſuãda eſt hu
iuſmodi ieiunioꝝ afflictio. ꝯformando nos

dño noſtro Jhũ xp̄o. Et pͥma eſt in ſe. ſcõa ẽ
in ꝓximis. tertia eſt in domo ꝓpria. De pͥma.
qꝛ nõ ꝯſueuiſtis ieiunare. Jõ in pͥncipio eſt
vobis tediũ. qꝛ ſtatim in mane ſtomach⁹ cla
mat. eſurio. eſurio. eſurio. ꝛ ſequiꝭ dolor capi
tis. Jtẽ qꝛ nõ cenatis vix poteritis dormire
Jdeo neceſſaria eſt patiã ꝓ ſe qꝛ in his ꝯſiſtit
meritũ. nec ꝓpter hꝫ dimittaꝭ ieiuniũ cogitan
do ꝙ plura ſuſtinuit xp̄s ꝓ te. ꝛ plura meren
tur peccata tua. Jdeo quẽadmodũ diligẽter
obſeruares dietã a phiſico ꝓ ſanitate corpis
Serua ergo pot⁹ dietã a xp̄o ordinatam ꝓ
ſanitate anime ne ꝯtingat vobis ſicut timi/
dis militib⁹ q̄ in pͥncipio belli quãdo ſentiũt
baliſtas timent ꝛ retrocedunt. cũ tũc magis
deberent animari ꝛ fortiter bellare. Secũ/
do neceſſaria eſt patientia ad proximos. Nã
aliqui colerici propꝭ ieiuniũ efficiunꝭ impa
tientes. nec poteſt homo eis loqui ĩ bono to
no ita accenduntꝭ in colera. Jdeo eſt neceſſa
ria patiẽtia. alꝭ eſſet ieiuniũ diabolicũ. ꝗ ſem
per ieiunãt ſꝫ cũ impatientia ꝛ malicia. Ter
tio neceſſaria eſt patiẽtia in domo ꝓpͥa. ꝗa
ſi forte quãdo tu venis hora prandij. prandi
um nõ eſt paratũ. ne indigneris ꝯtra vxoreꝫ
vel familiã. ſed patiẽter expecta. ꝛ interim fac
orõem. ꝛ ſi ſit coctũ nimis vel minus bñ pa/
ratũ ſuſtine patiẽter. ꝛ nõ proijcias ſcutellaꝫ
vxori ad caput. vt faciũt aliqui miſeri ꝗ per/
dunt totũ meritũ ieiunij. Ecce quare ĩ mul/
ta patientia. cõcordat ſacra ſcriptura. Patiẽ
tia vobis. ſupple ieiunãtib⁹. neceſſaria eſt. vt
voluntatẽ dei faciẽtes. ſ. ieiunãdo. reportetiſ
promiſſionẽ. ad Heb. x. Nota in ieiunijs mꝭ
tis. ſ. xl. dieb⁹ vt dixi Modo veniũt tres q̄
ſtiones q̃s vos cõiter facitis. Et pͥma eſt ali
quoꝝ dicentiũ. Ego iam ieiunaui tribus vꝭ
q̃ttuor q̃drageſimis vel decẽ. ꝛ vos ſemꝑ di/
citis ꝙ quadrageſima ſit in exemplũ q̃drage
ſime Jhũ xp̄i ꝗ ſolũ vnã quadrageſimã ieiu
nauit. Quare ḡ quolibꝫ anno ieiunam⁹ qua
drageſimã cũ xp̄s nõ ieiunauerit niſi ſelꝭ tan/
tum in vita ſua maxime qꝛ ipẽ dicit. non eſt
diſcipul⁹ ſupra magiſtꝝ. nec ſeru⁹ ſupra dñm
ſuũ. Sufficit diſcipulo vt ſit ſicut mgr̃ eius
ꝛ ſeruo ſicut dñs eius. Math. x. Pro ſolutõe
nota ꝙ iſta queſtio procedit ex ignorãtia vꝭ
ex inaduertentia nõ conſiderãtes ieiunium
ihũ xp̄i. Quõ vos creditis ꝙ xp̄s illam qua
drageſimã ieiunauit. Dicunt aliqui ſimpli/
ces ꝙ xp̄s ieiunauit ſicut nos ieiunamus eco
medẽdo ſelꝭ in die. ꝛc̃. Alij dicũt ꝙ xp̄us tulit

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

ſecū q̄dragīta panes ī deſertuꝫ ⁊ q̄libet die
comedit vnū. Hoc ē erroneū. Alij dicunt ꝙ
comedebat herbas. ⁊ h̄ eſt falſum. Ecce q̄d
dic̄ text⁹ euāgelij. ieiunauit. xl. diebꝫ ī deſertoꝛ
nihil mādućauit ī ill' diebꝫ. Lu. iiij. Modo
ſi tu vis ieiunare vna tali q̄dragesima ⁊ face
re talē q̄dragesimā do tibi licētiā ne d̄ cetero
ieiunes aliā. Nā totū tp̄s vite xp̄i fuit ſicut. xl
quā nos facim⁹. q꞉ ſolū ſel' comedebat in die
Et nō legit̄ ꝙ vnq̄ꝫ comediſſet carnes niſi d̄
agno paſcali vt legē adimpleret. Q꞉ ḡ ī mo/
do ieiunādi nos non poſſum⁹ ſibi aſſimilari
q꞉ nō poſſum⁹ eſſe q̄dragīta diebꝫ ſine cibo
corꝑali. Jō ſancta mr̄ eccl'ia ī ordinatōne nr̄i
ieiunij recepit de. xl. xp̄i nūerū dieꝝ. ſcꝫ. xl. de
cōi. ⁊ de cōi mō ſuo viuēdi ſm̄ magiſtꝝ hiſto
riaꝝ recipit modū nr̄i ieiunij annualit̄. ſ. ſo/
lum ſel' in die comedere. nō carnes ſed cibuꝫ
q̄dragesimalē. q꞉ oīs xp̄i actō nr̄a ē inſtructō
vt dic̄ Greg. Itē Jh̄s cepit facere ⁊ docere.
Act. j. Pꝫ ḡ pͥma rn̄ſio. Secūda q̄ſtio eſt.
Vtꝝ aliq̄ ſūt exempti ab iſto ieiunio. Rn̄deo
ꝙ multe ꝑſone excuſant̄. q꞉ nec d̄s nec ſancta
mr̄ eccl'ia intēdūt aliquē obligare ad īpoſſi/
le vl' ꝑiculū ꝑſone. Et q̄ſiui q̄ ꝑſone excipiūt̄
Et epilogaui a doctoribꝫ theologie octo ꝯdi
tiones ꝑſonaꝝ q̄ ab h̄ ieiunio excipiunt̄. Et
pͥmo excipiunt̄ mulieres ꝑgnātes. Rō eſt. q̄a
tales h̄nt ꝓuidere duabꝫ ꝑſonis ſibijpſis ⁊ fi
lio vl' filie. q꞉ ſi ieiunarēt. creatura ī vtero ex
iſtēs nimis poſſet debilitari ⁊ nō diu viuerꝫ
iō poſſent cenare ſine pctō. Sꝫ ſi mulier eſt
bn̄ cōplexionata ⁊ bn̄ fortꝭ pōt aliq̄n ieiuna/
re. Secūdo excuſāt̄ mulieres lactātes. eadē
rōe q̄ ſup̄. Tertio infirmi excuſant̄. nō tamē
de oī infirmitate. ſꝫ ſolū illi⁹ q̄ aufert appeti/
tum comedēdi. nec poſſent ſel' recipe vnā bo
nā refectionē. Nā podogra. vuln⁹. ⁊ hmōi in/
firmitates q̄ nō ꝑturbāt appetitū. ⁊ de gutta
q̄ venit ꝓpt̄ exceſſum cibi ⁊ pot⁹ ⁊c̄. non excu/
ſant hoīem. ⁊ iō ſm̄ ꝯ vilhelmū. in h̄ ſtandū eſt
arbitrio boni viri. Quarto paupes qui ho/
ra comedēdi nō pn̄t h̄re vnā ſufficientē refe
ctionē. vt illi q̄ petūt hoſtiatim. vl' alij q̄ non
pn̄t h̄re vel vit caules cū oleo. Si tales poſ
ſent ieiunare magnū meritū h̄rent. al's nō te/
nent̄. De h̄ vide Tho. ij. ij. q. clxvij. Diuites
aūt q̄ poſſunt h̄re piſces ⁊ aliqua alia tenent̄
ieiunare. Quinto itinerātes pedeſtres ꝓpter
neceſſitatē. Eq̄tantes aūt nō excuſant̄. equ⁹
vel mula poterit cenare ſꝫ vos non ſine pctō
Sexto laborātes. vt foſſores. fabri. q̄ ī toto

vel in ꝑte nō poſſent. ⁊ q̄ al's nō poſſunt ꝓui/
dere vxori neq̄ꝫ filijs. ſutores aūt ⁊ ſartores
notarij ⁊ ſil'es q̄ ſedēdo faciūt opa ſua nō ex/
cuſant̄. Septimo pueri ſꝫ cuius etatis dicit
Thomas in. iiij. ſniaꝝ. ⁊ in ſc̄da ſc̄dē. q. clxvij
ꝙ nō omēs tenent̄ ad ieiuniū etiā. imo excu/
ſant̄ q̄uſq̄ꝫ cōpleuerint pueri tria ſeptēnaria.
Rō. q꞉ vſq̄ꝫ ad illō tp̄s corp⁹ augmētat̄ ⁊ pue
ri creſcūt. Jō tales indigēt ad min⁹ duabꝫ re
fectiōibꝫ. vna ꝑ corꝑis ſuſtētatiōe. alia ꝑ cor/
poris augmēto. Jō do vob̄ iſtud ꝯſilium ꝙ
pueris ſeptē vl' octo ānoꝝ ſufficit ꝙ ieiunēt ī
die venerꝭ ſancta. dicat̄ de alijs ſm̄ maiorem
etatē. ſi vndecim vl' duodecim annoꝝ ſemel
in hebdomada, ⁊ ſic d̄ alijs. Octauo ſenes in
certa etate. ſꝫ q̄n h̄nt talē ſenectutem q̄ aufert
ab eis appetitū comedēdi. vl' q꞉ ꝑdiderīt den/
tes ⁊ comedūt ſepe ⁊ ſepi⁹ ſic faciūt pueri. Sꝫ
ſenes octuaginta annoꝝ vel ampli⁹ q̄ ſel' pn̄t
bn̄ comedere. tales nō excuſant̄ in aliq̄ predi
ctoꝝ. q̄n ipi peccāt mortalit̄. Jdeo cū dilige
tia om̄s ieiunem⁹. al's ſi nō excuſant̄ aliq̄ mo
do p̄dictoꝝ peccāt mortalit̄. q꞉ p̄ceptū eccl'e
tranſgrediunt̄. de quo de ꝯſe. diſ. iij. non licet
⁊ ca. nō oportet. ⁊ ca. placuit. Patet ḡ reſpon
ſio ad ſecūdā queſtionē. Jdeo d̄r Judith. iiij.
Clamauit omnis popul⁹ ad dominū cum ī
ſtantia magna. ⁊ humiliauerūt animas ſuas
in ieiunijs. ipſi ⁊ mulieres eoꝝ. Tertia que
ſtio aliquoꝝ eſt et maxie diuitū dicentium ſi
poſſent redimere ieiuniū per elemoſynas vl'
ꝯmutare dicentes. cū ſint tria opa penitenti
alia. ſ. ieiuniū. oratio. ⁊ elemoſyna. ⁊ ieiuniuꝫ
ſit minimū opus. Jdeo dicunt ipi. ꝯmutari
poteſt minimū in maius. hoc eſt ieiunium ī
elemoſynam ꝑ ſeipſos ⁊ propria auctoritate.
⁊ ſine licentia ꝯmutāt. ſed nō excuſant̄ ex hoc
Nota ꝑ reſponſione. quia ſimpliciter loquē
do ceteris paribꝫ melior eſt elemoſyna q̄ꝫ ie/
iunium. ſꝫ ex alia ꝑte dico ꝙ melior eſt obedi
entia q̄ꝫ ieiuniū. oratio. ⁊ elemoſyna. Meli/
or eſt em̄ obedientia q̄ꝫ victima. pͥmo Re. xv.
Propter hoc ſi daretis omnia que poſſide/
tis in elemoſynas amore dei. ⁊ ꝓpria auctori/
tate frangitis ieiuniū ꝯtra obedientiam. eti/
am totū eſt ꝑditū. Quoniā vniuerſalis eccle
ſia ordinauit hoc ieiuniū. obedientia ergo ē
ibi ſeruāda. Jdeo dicit xp̄s rectoribꝫ eccleſie
Qui vos audit me audit. ⁊ qui vos ſpernit.
me ſpernit. Luc. x. Si ḡ habetis aliquā ne/
ceſſitatē recurratis ad p̄latū. ⁊ ſi forte p̄latus
nō eſt cert⁹ de veſtra neceſſitate. ꝯſulet̄ d̄ ho:

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

phis vocaꝭ primū mobile. vbi nulla eſt ſtel/
la. ſed ſuo motu mouet totū mundū. tercius
gradus eſt celū qđ đꝛ firmamentū. in quo in
cludunꝭ celi planetaꝝ. q̄ a phis diuidunꝭ in
ſeptē. quartꝰ ignis. quintus aer. ſextus aqua
ſeptimus terra. octauus creature que habēt
eſſe ⁊ viuere. vt plante. nonus creature q̄ ha
bent eſſe. viuere et ſentire. ſicut animalia ⁊c̄.
decimꝰ creature que habent eſſe tm̄. ſicut la/
pides ⁊c̄. Homo eſt compoſitus de inferioꝛi
bus gradibus creaturarum ſpūalium ⁊ coꝛ
poraliū. Ideo dicit xp̄us. Vos de deoꝛſum
eſtis. Auctas. Formauit igiꝭ deus hominē
de limo terre ⁊ inſpirauit in faciē eiꝰ ſpiracu/
lū vite. ⁊ factus eſt homo in animā viuenteꝫ.
Gen̄. ij. Ecce infimꝰ gradꝰ creaturaꝝ coꝛpali
um. Ego. ſ. perſona diuina ſum vna ſup om/
nes creaturas. vos deoꝛſum eſtis. quantum
igiꝭ humiliari debemus. Moꝛalit̄ ſi vul/
tis cognoſcere de vobis vel de alijs ſi eſt; de
illis ſurſum vel deoꝛſum. attendatis quomo
do cognoſcitur homo đ qua patria ē. Quia
ydeomate cognoſciꝭ Auctoꝛitas Judicū. xij
Vide hyſtoꝛiam de Jepte qui fuit capitane
us galaaditarū ⁊ manaſſe contra filios amō
quos percuſſit ⁊ interfecit. Tunc congrega
ti ſunt effrate indignati contra eū. eo ꝙ non
vocaſſet eos ad pꝛeliū cum eo. ⁊ volebanꝭ in/
cendere domū eius. Ipſe aūt Jepte vocatis
cunctis viris galaad multos de effraym in/

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

terfecit. ⁊ poſuit ſe ad vada iordanis vbi reli/
qui tráſire debebát. ⁊ qñ veiebát aliq̃ d̃ effra
ym q̃ volebát tráſire dicebant ad vnũquẽq;.
Nunq̃d effrateus es. Quo dicente. non ſuʒ.
Interrogabant eũ. dic ergo ſebboleth qd̃ in
terp̃taƚ ſpica. Ipſi aũt rñdebát chebboleth.
non valentes exp̃mere ſpicá eadẽ lr̃a. ⁊ ſtatiʒ
appꝛehẽſum iugulabát. ⁊ interfecerunt de ef/
fraym q̃draginta duo milia ⁊c̃. Et nota quot
milia fuerũt occiſi. Itẽ etiá in nouo teſtamẽ
to habeƚ de Petro interrogato ſi erat diſci/
pul⁹ xp̃i Mat. xxvj. Qui dixerũt. Tu ex illis es
nam ⁊ loquela tua manifeſtũ te facit. Ita di/
co vobis. vultis cognoſcere de aliquo ſi ẽ de
ſupnis. ſ. de p̃deſtinatis. attendatis ydeoma
quod loquiƚ. Ideoma paradiſi eſt illud de q̃
dicit p̃s. Beati qui habitát in domo tua do
mine: in ſecula ſeculoꝝ laudabũt te. p̃s. lxxx/
iij. Laudare deũ ẽ linguagiũ p̱adiſi. Iõ qñ d̃
te vel alio vides ꝙ placet tibi orare et deum
laudare. poteſt dici. tu ex illis es. Idem de ſa
cerdote vel religioſo q̃ dicit deuote horas ſu
as. Nota p̱ oĩa de ceteris. Linguagium in
ferni eſt illud de quo Iohánes Apocal. xvj.
Eſtuauerunt homies eſtu magno. ⁊ blaſphe
mauerũt nomen dei habentis ptátem ſuper
has plagas. Si ergo vis ſcire de te vel alio
ſi es p̃ſcit⁹ vel reprobatus. reſpice qd̃ lingua/
giũ loquiƚ. ſi iurat enormiter. blaſphemat. re
negat ⁊c̃. ⁊ tu ex illis es. ſ. damnatis p̃ſcitis. ná
⁊ loquela tua ⁊c̃. Uir multũ iurás replebitur
iniq̃tate. Eccĩ. xxiij. Iõ de⁹ ꝯqueriƚ de recto
rib⁹ et gubernatorib⁹ Iſa. lij. Dominatores
ꝑpl̃i mei inique agũt dicit dñs. ⁊ iugiter tota
die nomẽ meũ blaſphemaƚ. Si eñ aliquis
male loquereƚ de rege ſtatim puniretƚ. ſed de
deo omnes poſſunt male loqui ⁊ nullus cor
rigiƚ. Ideo ⁊ male eueniet rectorib⁹ ⁊ guber
natorib⁹. et eo ꝙ ſuſtinẽt ⁊c̃. Tercio in par
lamẽto xp̃i cũ iudeis oſtendiƚ ſua eminentia
p̃ncipalis. de qua thema. Multa habeo ⁊c̃.
Iſta multa ſumi poſſunt p̱ ſimilitudinẽ bo/
ni iudicis. qui anteq̃ dat ſniam. multa facit
multa loquiƚ. Primo facit ꝓceſſus. Secun/
do dat defenſiones iuris. Tercio examinat
ꝓceſſum. Quarto dat ſniaʒ. Sic d̃ vobis p̃
mo fit ꝓceſſus. qñ aliquis facit aliquod bo/
num opus ſtatim ſcribiƚ in libro ꝓceſſus cõ
ſcientie. Uerbi grã. ſi quis orat opus tranſit
ſed ſcriptura remanet. Idem de elemoſyna
et ieiunio. Auctoritas. Cum gentes que le
geʒ nõ habent. naturaliter ea que legis ſunt
faciunt. eiuſmodi legem nõ habentes ipſi ſi/
bi ſunt lex. qui oſtendũt op⁹ legis ſcriptuʒ in
cordib⁹ ſuis. teſtimoniũ reddente illis conſci
entia ipſorum Roma. ij. Nota gentes. ſ. igno
rantes legem ⁊ ſcripturam. Idem de malis
operibus ſi maledixiſtis alicui. opus tranſit.
ſcr̃ptura manet. Auctoritas p̃s. cxxxviij. Im
perfectum meum viderunt oculi tui. et in li/
bro tuo omnes. ſ. defectus. ſcribentur. Nota
omnes ⁊c̃. Ecce de p̃mo. Multa habeo de
vobis loq̃. faciendo ꝓceſſum. Secundo dat
defenſiones iuris. ſ. quattuor. quib⁹ nos poſ
ſumus defendere ꝯtra omnes defectus ⁊ ini
micos impugnátes nos. Prima eſt pctõꝝ
contritio. Auctas. Recogitabo tibi oẽs an
nos meos in amaritudine anime mee. Iſa.
xxxviij. Secunda eſt ꝓpoſitum emendandi.
Iohánis. viij. Uade. ſ. ad paradiſum. et iam
amplius noli peccare. Tercia eſt oris confeſ
ſio. In iudicio humano ꝯfitenti daƚ cõdem/
natiua ſnia. ſed in iudicio diuino daƚ ſnia ab
ſolutoria. Ideo dicit ſcriptura. Qui abſcon
dit ſcelera ſua nõ dirigeƚ. Qui autẽ cõfeſſus
fuerit ⁊ reliquerit ea: miſcdiam conſequetur.
Prouer. xxviij. Quarta defenſio eſt peniten/
tialis afflictio. ſ. ſeruare pniam a ꝯfeſſore in/
iunctá. q̃ nõ debet dari ꝯtra voluntatẽ. ⁊ ra/
tio. q: ille qui dimittit damnabiƚ. Et in iudi
cio talis poterit dicere xp̃o. Feci iudiciuʒ. ſ.
in ꝯfeſſione. ⁊ iuſticiá p̱ pniam. Ideo nõ tra/
das me calumniantib⁹ me p̃s. cxviij. Tercio
teneƚ conſiliũ ⁊ examinanƚ merita. ſ. qñ aĩa
egreſſa eſt a corp̱e. ſtatim venit angel⁹ ad chri
ſtum dicens. Domine quid fiet de aĩa iſta.
Et chriſtus tenet conſiliũ cum beata virgine
Maria ⁊ ſanctis ⁊c̃. De iſto conſilio xp̃s ait.
Qui dixerit fratri ſuo racha. re⁹ erit conſilio
Matt. v. Racha eſt dictio deſpicientis. Iõ
dicit. Multa habeo de vob̃ dicere ⁊c̃. Quar
to habet iudicare. Si homo moriƚ in pecca
to. dicit xp̃s angelis. Seruũ inutilem nõ ve
ſtitum veſte nuptiali. ligatis manibus ⁊ pe/
dibus ⁊c̃. Matth. xxv. Deinde dicit demo/
nibus ⁊c̃. Et vos mittite cuʒ in tenebras ex/
teriores. ⁊ ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentiũ. Si
ꝓo decedat in gratia dicit xp̃us. Euge ſerue
bone et fidelis ⁊c̃. Ecce quare dicit. Multa
habeo de vobis dicere ⁊c̃.

Feria ſcd̃a poſt dñicam Reminiſcere.
Sermo ſecundus.



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

# Feria ſecūda poſt Reminiſcere

EGo que benepla
cita ſunt ei facio ſp. Textualit᷑ habet᷑
Joh. viij. Recitatiue aūt i euāg᷑. ho/
dierno. Scdm̄ euāgeliū hodiernū ɔtiet pul
crū colloquiū int᷑ ihm̄ ⁊ iudeos. in q̄ xp̄s de/
clarat q̄ttuor excellētias de ip̄o altiſſimas. et
Prima eſt humanitas tempalis.
Scd̄a diuinitas eternalis.
Tercia auctoritas iudicialis.
Quarta benignitas vniuerſalis.
Et i his fundamētalit᷑ cōſiſtit fides. De vlti/
ma. q᷑ ſe voluit humiliare i ɔplēdo p̄ris volū
tatē dicit thema. Ego q̄ bn̄pla. ⁊c̄. Primo
ḡ xp̄s docuit ſuā verā hūanitatē tpalē. q᷑ ve/
rus hō erat. Et h̄ inq̄t. Ego vado: ⁊ q̄retis me
⁊ i pctō vr̄o moriemi. ⁊ q̄ ego vado vos non
poteſtis venire. Et iſta ē p̄ma pars. Notate
quō xp̄s oñdit ſuā hūanitatē. Et nota hic ſe
creta. Nota declaratōem. ego vado. Nā ire ⁊
mutare nō ē diuinitatꝫ. q᷑ imutabil᷑ ⁊ inuaria/
bil᷑ ē. vt dicit. ſ. Tho. j. p̄te. q. ix. ar. j. ⁊ ij. Sed
oportebat hūanitatē tpalē quā accepit i vte
ro ṽginis marie eūdo de etate i etatē. de tpe i
tp̄s mutari. Et ſic xp̄s ibi loquit᷑ de ei⁹ hūa/
nitate ſ᷑m quā ibat ſcd̄o curſū tp̄is. ⁊ iſtud
ē humanitas vera. q᷑ ſemp̄ hō vadit ſiue dor
miat ſiue q̄eſcat. Et potes videre exemplū.
qñ aliq̄s ē i flumine vel i mari q̄eſcēs. vadit i
barcha ſeu naui. ſic ē bona gens de vita nr̄a.
q̄ nō ē niſi barcha. ⁊ flumē ē tp̄s qḋ currit pl⁹
q̄ȝ aliqḋ flumē. Videas nūc quātū currit ſol
dū p̄dico in q̄ tp̄s figuratur. Et dico certe q̄
plus mille vicib⁹ q̄ȝ hinc vſq̄ȝ romā. ⁊ iſto mō
veniem⁹ ad mortē. ergo noſter ſtat⁹ nō ē ſem/
per. Jō dr̄. Hō nat⁹ de muliere. breui viuēs
tpe. repletur mult᷑ miſe. ⁊c̄. Job. xiiij. Nā ſi Adā
vſq̄ȝ nūc vixiſſet. paꝝ pl⁹ vixiſſet vel minus ſe
ptē milib⁹ annis. Nā tantū eſt q̄ mūd⁹ creat⁹
fuit. ſed paꝝ viuim⁹ nos hodiernis tp̄ib⁹. Vi
de q̄d ibi dr̄. Et quaſi flos egredit᷑ ⁊ conterit᷑.
ſtatim quando puer eſt natus incipit ire. ſi/
ue dormiat. ſiue vigilet. comedat vel bibat.
ſemp̄ vadit. Vita em̄ iſta nō eſt niſi via. Chri
ſtus igit᷑ loquēs de ei⁹ humanitate dic̄. Ego
vado. ſ᷑m quā ibat ſcd̄o curſum tp̄is. Ec/
ce ḡ quo oſtēdit ſuā humanitatē. q᷑ ego vado
Et circa hoc poſſent dicere iudei. Vide quō
pōt eſſe q̄ q̄ firm⁹ ſtat q̄ vadat. cū ḡ de⁹ ſit im
mutabil᷑ ſ᷑m illud Malach. iij. Ego de⁹ ⁊ nō
mutor. quō ergo ⁊c̄. ſed dic vt dixi. Et iō dr̄ i
paſſione Mat. xxvj. Fili⁹ quidē hominis va/
dit ſicut ſcriptū eſt de illo. ve autem homi/
ni illi p̄ quē fili⁹ hoīs tradet᷑. Bonū erat ei ſi
nat⁹ nō fuiſſet homo ille. Rn̄dens aūt Judas
q̄ tradidit eū dixit. Nunquid ego ſum rabbi
ait. Tu dixiſti. Poſt hoc xp̄s fecit iter ſuū vſ/
q̄ȝ ad mortē. ⁊ p̄ iudeos fuit queſit⁹. et adhuc
illū querūt. nō tn̄ re ſed noīe. q᷑ adhuc Meſ
ſyā expectāt. nō tn̄ in p̄ſona. Nā ipſimet iu
dei in coꝝ talmut omnes rabini et doctores
ſue legis p̄ certo habēt q̄ tp̄s Meſſye iā ve/
nit. et xp̄m recip̄e noluerunt. ſed receperunt
Johannē q̄ de xp̄o dixit eis aliqua et crede/
bāt. Et ideo dr̄ Mat. xxj. Videntes eū dixe/
runt. Hic eſt heres. venite occidam⁹ eū. ⁊ ha
bebim⁹ hereditatē eius. ſꝫ nō receperūt xp̄m
dicentes. q᷑ ɔ ſuā legē p̄dicabat. Et dicit tal
mut. q̄ receperūt quendā p̄ meſſya q̄ vocaba
tur barchaban. i. fili⁹ falſitatis poſt mortē xp̄i
⁊ illū tenuerūt. xxx. annis p̄ meſſya. ⁊ illū oc
ciderūt. ſed tp̄s finitū erat. Et ideo q᷑ ꝓplo di
xerant tp̄s finitū eſſe. aliū incantatorē elege/
runt cui dicebant bancobā. q̄ idē vt ille aliis
xxx. annis vixit ⁊ regnauit. ſed ab eis fuit de/
collatus. Nomine ergo meſſyā querebant. ſ.
xp̄m. ſed nō p̄ſonā. Et ideo in terrā vbi iudei
habitabant venit quidā di. ſe eſſe meſſyam. ⁊
p̄ ſigno dixit q̄ ipſe diuideret mare p̄ mediū
⁊ h̄ poſſet facere diabol⁹ ſi de⁹ nō reſiſteret. et
diuiſit mare. ⁊ quādo tenuit illos om̄es ſub/
merſit. Et ecce iam habent tres. Itē i caſtel/
la quidā nigromātic⁹ dixit ſe meſſyā eſſe. ⁊ di
xit eis. q̄ oēs venirēt ad talē montē. et in nu/
be portaret eos oēs ad terrā p̄miſſionis. ad
finē deſtruxit eos. Et dico vobis q̄ ipſi acci
perēt vnū diabolū ſi veniret. q᷑ iā volebant
accipere tabiculanū q̄ nō erat iudeus. ⁊ acci/
perēt quēcūq̄ȝ ſic facientē. Et iſto mō accipi
ent antichriſtū. Et iō dixit eis xp̄s. queritis
me nō i p̄ſona. ſꝫ i noīe. ⁊ nō inuenietis in p̄ſo
na. ſed morte moriemi. ſ. in peccato vr̄o infi/
delitatis. Et q̄ vado non poteſtis venire. ad
gl̄iam. ſ. immortalitatis ibat. quia paſſibilis
erat. Jdeo dicitur Luce. xxiiij. Nōne hec op̄
tuit pati chriſtum. ⁊ ita intrare in gloriam ſu
am ⁊c̄. ⁊ ideo non poteſtis. ſed in peccato ve/
ſtro moriemini. Dixerūt ergo iudei. Nunq̄d
interficiet ſemetip̄m. quia dicit. quo ego va/
do ⁊c̄. Modus eſt loquendi ſuperborū di/
centiū. Nō poteritis euadere de manu mea
niſi p̄ mortē. ita fuit de iudeis q̄ poſtq̄ȝ tp̄us
dixit. Quo ego vado ⁊c̄. elati i ſup̄biā. Dixe/
rūt. niſi alius occidat eū a noſtris manibus

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



nõ euadet.q̃ſi imponẽtes ei vt vellet ſe interfi/
cere. Sꝫ circa hᷓ videam⁹ hᷓ moralit̃ ſupꝑ hᷓ
qđ đr. Nũqd interficiet ſemetipm. Ecce pec
catũ ẽ ſeipm occidere. Nota q̃ttuoꝛ gradus
ꝑſonaꝝ q̃ occidũt ſeipſas. Quidã ꝑ diſcreti/
onẽ. Quidã ꝑ diabolicã tẽtatõz. Quidam ꝑ
odiũ vel inuidiã. Quidã ꝑ finalẽ deſpatõem
Quartũ gradũ occidendi ſeipm iudei impo
nebãt xp̃o dicẽtes. Nũqd interficiet ſeipm.ſ.
deſperãdo vt effugiat man⁹ nr̃as. Et ſi aliqs
dicat.aliqs interficiet mihi pr̃em. parcam ei
Uide dupliciť parciť inimico. Nã ex vna ꝑ/
te ẽ neceſſaria miſcđia Ex alia parte miſcđia
volũtaria. Neceſſariũ ẽ ꝙ odiũ ꝓ̃icias extra
te.q꜡ aiam occidit habẽdo ꝓpoſitũ ꝙ nõ noce
res illi. ſi etiã reperires eũ dormientẽ. Volũ
taria ẽ dimittere ꝓceſſum et nõ req̃rere iuſti/
ciã. Vñ iſta potes petere.ſ.ꝑ iuſticiã.nõ q̃rẽ/
do vindictã q̃ deo debeť. Jõ đr ad Rom.xij.
Mihi vindictã ⁊ ego retribuã dič dñs. Sꝫ
ſi eſurierit inimic⁹ tu⁹ ciba illũ.ſi ſitit potũ da
illi. Hoc eñ faciens carbones ignis ꝯgeres
ſupꝑ caput ei⁹. Noli vinci a malo.ſed vince in
bono malũ ⁊č. Sed ſi remittis ꝑ miſcđiam
volũtariã eẽt maximũ meritum. Ecce ğ iſto
mõ intelligas cũ dico.ꝙ quis dꝫ iniuriã ꝓxi
mo ſuo relaxare ⁊ parcere.ſ.q̃ ad vindictam.
Jõ xp̃s ait Mat.xviij. Sic ⁊ pr̃ meus cele/
ſtis faciet vobis:ſi nõ remiſeritis vnuſquiſ/
q̃ fratri ſuo de cordib⁹ veſtris. Secũda ẽ
diuinitas eternalis. Jſta ſecunda pars ẽ ſub
tilioꝛ. Dixit eñ. Vos deorſũ eſtis.et ego de
ſupernis ſum. q꜡ loquoꝛ vobis. ⁊ hoc de di/
uinitate. Et videatis hic ſubtilia ſecreta. Nã
vos hic debetis cogitare deum trinitatẽ fo/
re eternũ fontẽ ex quo emanauerũt duo flu/
mina. i.due ſpecies creaturaꝝ corꝑaliũ ⁊ in/
corꝑalium. ⁊ quodlibet flumẽ hꝫ decẽ grad⁹.
Jn ſpũalib⁹ gradib⁹.ꝓm⁹ gradus eſt ſeraphi
noꝝ. ⁊ ſunt plures q̃ hoies in vniuerſo mun
do.ſecund⁹ eſt cherubinoꝝ.iã nõ in tam ma
gno numero ꝛ ꝑ ꝯſequẽs in quolibet minus
diſcurrẽdo.tercius gradus eſt thronoꝝ.q̃r/
tus eſt dñationũ.q̃ntus ẽ virtutũ.ſext⁹ eſt po
teſtatũ.ſeptim⁹ ẽ ꝓ̃ncipatuũ.octau⁹ ẽ archan
geloꝝ.nonus angeloꝝ̃.decim⁹ et inferioꝛ eſt
aialiũ rõnabiliũ. Et iſte ſũt creature ſpũales
⁊ iſtud eſt vnũ flumen. Aliud flumẽ etiã con
tinet alios decẽ gradus. Prim⁹ ẽ celũ empy/
reũ. ⁊ iſtud eſt ſuperi⁹ ⁊ immobile. ⁊ ideo de il
lo phi nõ habuerũt cognitõem. ⁊ illud pulcri
us ẽ oi creatura corꝑali. Scđs grad⁹ đr celũ
criſtallinũ vbi aq̃ ſũt ꝯgelate. ⁊ iſtđ cognoue/
rũt phi. ⁊ iſtud appellať ꝓmũ mobile q꜡ q̃tidie
moueť. Terci⁹ đr firmamẽtũ qđ theologi ſic
appellãt.ſed phi dicũt celũ ſtellatũ. Quart⁹ đr
ignis. Quint⁹ aeris. Sext⁹ aq̃. Septim⁹ ter
re. Octau⁹ creaturaꝝ ſenſibiliũ.ſicut ſunt pi
ſces ⁊ aialia. Non⁹ creaturaꝝ vegetabiliũ nõ
ſenſibiliũ.ſicut arboꝝ. Decim⁹ eſt creaturaꝝ
nõ vegetabiliũ inſenſibiliũ.ſicut ſũt lapides
Mõ eſt videndũ ex quib⁹ fuit hõ forma/
tus. Et dico vobis ꝙ ex inferiori.ſ.ex luto et
aia. ⁊ ideo deorſũ eſtis vos.ego de ſuꝑnis ſũ.
Et ideo đr Ğeñ.ij. Formauit deus hominẽ
de limo terre.q̃tum ad corpus. ⁊ inſpirauit
in faciem ei⁹ ſpiraculũ vite.q̃tum ad animã.
⁊č. Ex limo igiť non de aliquo corꝑe celeſti ⁊
anima.et ſic de inferiorib⁹. Quid ğ de pom/
pis das q꜡ de inferiorib⁹. Sed poſſet queri
q̃d de xp̃o. Vide in eo erat diuinitas. ⁊ ſic đ
ſuꝑnis.ſed q̃ ad humanitatẽ etiã eſt differen
tia.q꜡ etiaꝫ de hoc mũdo. Jdeo đr.j. Joh.ij.
Omne qđ eſt in mundo ꝯcupiſcẽtia carnis ẽ
aut ꝯcupiſcentia oculoꝝ.aut ſuꝑbia vite. Et
ideo đr.quia de hoc mũdo eſtis.nõ differtis
a xp̃o etiã in humanitate. Et ideo diciť. Niſi
credideritis ꝙ ego ſum moriemini. Vide er
go ꝙ eſſe tm̃ competit ſoli deo. Ponamus ꝙ
in aliquo caſtro ſit aliqs hõ diues.et omnes
alij ſunt pauperes. ⁊ ꝙ iſte diues mutuet alijſ
ad fenus diuitias.q̃ntitates pecunie ad cer
tũ temp⁹.ponam⁹ ꝙ etiã ſub pena mortiſ mõ
conſtat ꝙ alij qui lucrati ſunt erunt diuites
certe nõ.q꜡ forti obligatõis vinculo quilibet
eſt aſtrict⁹.ſꝫ ſolũ dñs eſt diues. Sic eſſe eſt
mihi ꝯceſſum a deo.et de iſto habeo reddere
rõem ſub pena mortiſ.ſ.ſub pena iferni. Cer/
tũ eſt ꝙ nõ habeo eſſe.ſꝫ ẽ mihi ꝯceſſũ a deo.
⁊ q꜡ de iſto habeo reddere rõem.ğ ſolus de⁹ ẽ
Et ideo đr.ſi nõ credideritis q꜡ ego ſum.mo
riemini in pctõ veſtro. Et ideo Exo.iij.đr ꝙ
cum de⁹ miſiſſet Moyſen ad iudeos dixit ei
Ecce ego vadã ad filios iſrľ ⁊ dicã eis.deus
patꝝ vr̃oꝝ miſit me ad vos. Si dixerint mi
hi.qđ eſt nomẽ eius.q̃d dicã eis. Dixit dñs
ad Moyſen. Ego ſum q̃ ſum. Sic dices fi
lijs iſrael. Qui ẽ miſit me ad vos. Ecce hic er
go quõ docet diuinitatẽ. vide q̃m v̄ba ligãt
vt cathena. Et dixit in plurali. in peccatis.
Sap.ij. Excecauit enim illos malicia eoꝝ̃.
Sequitur. Dicebãt ergo ei. Tu quis es. Di
xit eis Jeſus. Principiũ qui ⁊ loquoꝛ vobis
quaſi di.nõne incipit teſtamentũ vetus. Jn

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



ꝑncipio creauit deꝰ celū et terrā. q̄ſi dicendo.
ego ſum illud ꝑncipiū. vñ i pſ. cix Dixit dñs
dño meo. inꝑſu. Tecū ꝑncipiū in die virtutꝫ
tue in ſplēdoribꝫ ſctōꝝ. ex vtero añ luciferū ge
nui te. q. d. i die ꝟtutis tue ē illa dies incarna
tōis. paſſionis. reſurrectōis ⁊c̄. ⁊ tu es illō ꝑn
cipiū. Et vbi cognoſcit̄. i ſplēdoribꝫ ſcōꝝ. Ec
ce ḡ ſpeculando ſcd̄am ꝑtē. Sed circa h̄
videndū ē moraliter ſuꝑ h̄ qd̄ dicit. Nō ſum
de hoc mūdo. Et vide ſignū ſi hic ē aliq̄s hō
q̄ nō curet emere hoſpitiū. vel ducere vxorē.
ſed q̄ alio loco mittit vel ad aliā ciuitatē ſua
bona. iſte nō dicet̄ ciuis iſtiꝰ ciuitatis. ſecꝰ ē ſi
facit ꝑ ꝯtrariū. Ita poteſtis cognoſcere q̄s
ſit de hoc mūdo vel de alio. Perſone que nō
curāt de hoc mūdo. ſed de meritis ⁊c̄. ⁊ to-
tū qd̄ habēt mittūt in aliū mundū. ſ. ꝑ mēſaꝫ
numularioꝝ. ꝑ elemoſynas. Tales ſūt ð alio
mūdo. Mēſe numularioꝝ ſunt manꝰ paupe
rū. Et q̄cūqꝫ tal' eſt prudēter agit. Et ideo dr̄
Mat. xix. Uade ⁊ vende oīa q̄ habes. et da
pauperibꝫ. ⁊ habebis theſauꝝ in celo. Et idō
vos clerici q̄ ꝓbendā habetis. nō incarceretꝫ
pecunias vr̄as. ſed date paupibꝫ. ⁊ tūc dicet̄
tibi. Nō es de hoc mūdo. Bn̄dictꝰ eſt qui re
tenta vite neceſſitate diſtribuit ⁊ tranſmittit
ad aliū mundū pecunias. Et nō ſolū clerici.
immo et laici h̄ ꝑdicare debent dando filijs
bonam doctrinā. Et cū apl̄i dixerunt. Ecce
nos reliq̄mꝰ oīa ⁊c̄. Mat. xix. Dixit eis xp̄us.
Nō eſtis de hoc mūdo. Joh. xv. Sed illis q̄
totalit̄ curant de h̄ mundo ⁊ nihil de alio. dr̄
Uos de h̄ mūdo eſtis. idō cū h̄ mūdo ꝑibitis
Ideo. b. Johes dans optimū ꝯſiliū dicit. j.
Jo. ij. Nolite diligere mundū neqꝫ ea q̄ i mū
do ſunt. Non ergo curetis de hoc mūdo. Nā
dico q̄ cito ⁊ bñ cito erit finis huius mundi
Quia ſubdit Johannes. quia mundus tran
ſit ⁊ concupiſcentia eius. Et ita ꝑdico fran-
gendo quotidie caput meū. Et hec dr̄ ſecū-
da ꝑte. Tercia excellentia eſt auctas iudi-
cialis. Nam oſtenſa humanitate et diuini-
tate oſtendit auctoritatē iudicij vniuerſal' di
cens. Multa habeo de vobis loqui ⁊ iudica
re. ſed qui me miſit verax eſt. et ego que audi-
ui ab eo hec loquor in mūdo. Et non cogno
uerunt ⁊c̄. Uide hic ſecretū multū ſpeculati-
uū ⁊ morale inſimul. Nā ꝑmo dicit loq̄. poſt
dicit iudicare. Quia tenet modū iuſti iudicꝫ
qui nō debet ꝑcipitare ſentētiā. ſed prius de
bet loqui et tenere colloquiū. i. debet partes
audire et examinare. Et ideo prius eſt fiendꝰ
ꝓceſſus dando iuris defenſiones. Iſte ꝓceſ
ſus quotidie fit nobis. Nam quotiēs q̄s be-
ne operatur vel male fit proceſſus. Exemplū
Si aliquis eſt hodie qui de mane fecit orati
onē. et illud dulciter et deuote. Et ideo dicit
Dauid in pſalmo. cxviij. Quam dulcia fau-
cibꝫ meis eloquia tua: ſuper mel ori meo. Ec
ce q̄ facta oratione iam elapſa eſt. ſed proceſ-
ſus vel meritum remanent in ſcriptura vide
licet libelli. Item ſi aliquid pauperibus de-
diſti. cogitando. facto ⁊c̄. Et ideo dicitur ad
Romanos. ij. ca. Cum eñ gentes que legeꝫ
non habent naturaliter ea que legis ſunt fa
ciunt. huiuſmodi legem non habētes ipſi ſi-
bi ſunt lex. qui oſtendunt opus legis ſcriptū
in cordibus ſuis. teſtimonium reddente illis
conſcientia ipſorum. et inter ſe inuicem cogi
tationum accuſantiū aut etiam defendenti-
um in die cuꝫ iudicabit deus occulta homi
nū. Econtra de malis. Nam ſi hodie pecca-
ſti ⁊ non oraſti ſcriptū eſt in proceſſu. ſiue fa-
cto ſiue ore peccaſti. ſiue cogitatione. omnia
ſcribunt̄. Et ideo dicit Dauid i pſalmo. cxx
viij. Imperfectum meuꝫ viderunt oculi tui
⁊ in libro tuo omnes ſcribent̄ ⁊c̄. Ergo vide-
te ꝓceſſum circa hoc quod dicit. Multa ha
beo de vobis loqui. Sed adhuc dantur no
bis defenſiones iuris. que ſunt. ſ. tempus no
bis datum ad penitentiam et ad conſilia ac-
cipienda. Et durat hec defenſio vſqꝫ ad mor
tem. et hec ꝓpter benignitatem dei. Nam cū
peccauit maior angelorum et alij angeli. pro
ceſſus ſubito fuit factus ſine datis defenſio
nibus. immo ſine aliquo momento in conti
nenti. Et ideo habet̄ Luce. x. Uidebā ſatha
nam ſicut fulgur de celo cadentem. Ecce de
di vobis poteſtatem calcandi ſuꝑ ſerpentes
intellige infernales. ⁊ ſuꝑ omnē ꝟtutē inimi-
ci. et nihil vobis nocebit. Ecce q̄liter nobis
defenſiones ⁊ tp̄s dant̄. q2 quot annis vixiſti
in pctō. ⁊ audiſti ſermones ⁊ ꝯſilia. Et idō ſcri
bitur Sap̄. xij. Tu autem dñator virtutis
cum tranquillitate iudicas ⁊ cū magna reue
rētia diſponis nos i poſteꝝ poſtq̄ꝫ renuncia-
mus defenſiōibꝫ nr̄is nobis datꝫ. ⁊ aīa exit ð
corꝑe. ⁊ nō feciſti pn̄iam. tp̄s dicet. videamꝰ
ꝓceſſum. q̄m anima ipſamet portat ꝯſciētiaꝫ
et culpam et nequitiaꝫ. ⁊ dicetur ab omnibꝫ
vadat ad inferos. tūc dat̄ ſn̄ia. Et ideo dicit
Multa habeo ⁊c̄. Suſcipite ḡ iuris defen-
ſiones. nam dr̄ ad Roma. ij. Ignoras q̄m be
nignitas dei ad pn̄iam te adducit. ſm̄ auteꝫ

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

duriciã tuã ⁊ impenitẽs cor tuũ theſaurizas
tibi irã in die ire ⁊ reuelatõis iuſti iudicij dei
q̄ reddet vnicuiqꝫ ſm opa ſua. Et ecce terciã
ꝑtẽ. Uenio ad q̄rtã ꝑtẽ in q̄ oſtendit beni
gnitatẽ vl'em. vt d͛r i themate. Ego q̄ bñpla/
cita ſunt ⁊c̄. d͛r eñi i textu. Cũ exaltaueritis fi
liũ hoĩs. tũc cognoſcetis q꞉ ego ſũ ⁊ a meip/
ſo facio nihil. ſed ſic̄ docuit me pr̄ h̄ loq̄r. Et
q̄ me miſit mecũ ẽ. ⁊ nõ reliq̄t me ſolũ. q꞉ ego
q̄ placita ſũt ei facio ſp̄. Ubi ſex noticias eis
dedit Sꝫ nõ cognouerũt donec fuit crucifi
xus. cũ viderũt ſolẽ eclypſatũ. ⁊ lunã ⁊ ſtellas
⁊ velũ tẽpli ſciſſuꝫ. ⁊ multa alia ſigna ꝯ natu/
rã ſm verã opinionẽ ⁊ doctrinã theologoꝝ.
Et tũc dixit centurio. Uere fili⁹ dei erat iſte.
Et ita Lucas dicit. Et oĩs turba coꝝ q̄ ſim̃
aderãt ad ſpectaculũ ⁊ videbãt q̄ fiebãt. ꝑcu
tiẽtes pectora ſua reuertebãt̃. Lu. xxiij. Tũc
ḡ cognouerũt ⁊ nõ añ dicẽdo. Tu hõ cũ ſis
facis te deũ. Joh. x. Hic moralit͛ diceret
aliq̄s. oſtẽdatis nobis quõ deo placeam⁹. vi
de dualꝫ auc̃tibꝫ. Prima i ps. cxlvj. ⁊c̄. Non i
fortitudine eq̄ volũtatẽ habebit neqꝫ i tybijs
viri bñplacitũ erit ei. Sed in q̄. bñplacituꝫ ẽ
dño ſup timẽtes eũ: ⁊ in eis q̄ ſperant ſup mi
ſcd͛ia ei⁹ ⁊c̄. Equ⁹ d͛r corp⁹ hoĩs Nã ſic̄ equus
dꝫ regi ꝑ militẽ habẽdo frenũ ⁊ duo calcaria
ſic eſt de corpe. Nã ſi corpus vult currere ad
libidines ⁊ ad alia pctã. debet hr̃e frenũ ꝯtra
gulã. luxuriã. ⁊ ꝯ alia vicia. faciendo abſtinẽ
tiã. ieiunando in pane ⁊ aqua. dimittendo ce
nã ⁊ multa alia. Jtẽ dꝫ hr̃e duo calcaria. ita
q̄ ſi equ⁹ eſt piger ad bonũ ⁊ ꝓmpt⁹ ad maluꝫ
q̄ tangat ⁊ refrenet eũ calcare pedis dextri. ſ.
amore dicẽs. Labora. q꞉ habebis regnũ. ſi h̄
nõ ſufficit. ꝑcutiat̃ calcare pedis ſiniſtri. ſ. ti/
more damnatõis ⁊ pene inferni: dicẽdo. ſi nõ
feceris bonũ damnaberĩ. Et iſto mõ corpus
dꝫ regi ſic̄ equ⁹. Et ideo d͛r Jſa. xxxj. Egypt⁹
hõ ⁊ nõ de⁹. ⁊ eq̄ coꝝ caro ⁊ nõ ſpũs. Et dic̄.
nõ i fortitudine. vide nõ fortes. ſꝫ ieiunãtes ⁊
debilitãtes ſe placẽt deo. Et iõ d͛r. neqꝫ in ty
bijs viri bñplacitũ erit ei. Jſte tybie dicunt̃
honor. officiũ. placita. gaudia. diuitie. et bo/
na tpalia. q̄ interdũ ſunt occaſio ad damnan
dũ aĩas. Et iſte tybie frangunt̃ ſi diuitie diui
dunt̃ int͛ pauꝑes ⁊ q̄ honor refutet̃. Sed q̄d
placet dño. aut bñplacitũ ẽ dño vt faciendo
pniam. nõ vt Judas q̄ ſe ſuſpendit deſperã/
do. Faciam⁹ ḡ pniam ⁊ ſperem⁹ in dño. ideo
Paul⁹ dicit ad Ro. xij. Obſecro vos itaqꝫ fra
tres ꝑ miſcd͛iam dei. vt exhibeatĩ corpa vr̃a
hoſtiã viuentẽ. ſanctã. deo placentẽ. rõnabi/
le obſequiũ vr̃m. Jõ faciatis pniaꝫ nõ corp⁹
occidẽdo ſed carnẽ mortificãdo. Et iõ place
at dño Jhu xp̄o. vt ſuaꝫ volũtatẽ implentes
ad celeſtẽ gl'iam poſſim⁹ ꝑuenire. Amen.

*Feria tercia p⁹ ſcd͛am dñicã q̄dragefime.*

Sermo primus.

Surge et uade in
ſareptam ſydonioꝝ. iij. Regũ. xvij
Tempus iſtud quadrageſimale ⁊
thema dant mihi motiuũ de quadã materia
p̄dicandi multũ vtili ⁊ neceſſaria ꝑſone que
ſtat in peccato mortali ⁊ mala vita quõ pote
rit exire pctĩ ꝑ grãm dei. Sed p̄mo ſalutet̃
⁊c̄. Surge ⁊c̄ Hoc verbũ ad lr̃am eſt dictuꝫ
Helye ꝓphete ſub tali modo. Sciendũ q̄ ſe/
mel i regno iſrael fuit tanta ſiccitas. q̄ ꝑ tres
annos cum dimidio non pluit. Nõ pluit an
nis tribus ⁊ menſibus ſex. Luce. iiij et Jac̄.
v. intm̃ q̄ aues et iumenta moriebant̃ fame.
deus volẽs ꝓuidere ne helyas moreret̃. dixit
ſibi. Surge ⁊ vade in ſareptam ſydonioꝝ.
ſurge. ſ. ſi vis viuere. ⁊ recede hinc. ⁊ vade ⁊c̄.
Sed hoc verbũ volẽs ꝑtractare iuxta itelle
ctũ tropologicũ vel moralẽ ſciendũ. q̄ terra
iſrael vbi fames eſt ſignificat ſtatũ pctĩ mor/
talis. in quo ſtatu aĩa moritur fame. q꞉ q̄diu
ſtat cũ corde impenitẽti. nullũ meritũ habet
de bonis q̄ facit. licꝫ hõ ieiunet. nã bona ope
ra ſunt aĩe eſce. iuxta illud Joh. iiij Me⁹ cibꝰ
eſt vt faciaꝫ voluntatẽ pr̃is mei q̄ in celis eſt.
Sed ne aliq̄s veſtꝝ dicat. erḡ nullũ meritũ
habem⁹ de bonis. ḡ dimittã ⁊c̄. hoc nõ valet.
ĩmo tũc armari dꝫ ad plura faciẽdũ. q꞉ licet
nõ ſint meritoria gl'ie. tñ nõ ſũt ſine remune/
ratõe in h̄ mõ. q꞉ valẽt ad oĩa p̄terqꝫ ad glo/
riã. vñ ex illis de⁹ dabit tibi ſanitatẽ. pſpitatẽ
⁊c̄. ⁊ quod magis eſt. ſi cõtinuaueris bonum
op⁹ retrahet te de peccato. nec ꝑmittet te mo
ri in mortali. ſed illa opa diſponẽt te ad glo/
riam. Unde quãdo aĩa veniet ad celos. ⁊ da
bitur ſibi gloria. ſi vellet remuneratõꝫ de ope
ribus factis in ſtatu peccati mortalis nõ ob
tineret. vt patet de Paulo ⁊ Maria magda/
lena. et alijs qui in ſtatu peccati mortal' mul/
ta bona fecerũt. de quibꝫ nullã remuneratõꝫ
habuerũt in gloria. Jdeo i hoc ſtatu anima
morit̃ fame. Auc̃tas. dicebat chriſt⁹. Ego ſũ
vitis vera. vos palmites. qui manet in me ⁊
ego in eo. hic fert fructum multum. quia ſi/
ne me nihil poteſtis facere. Johannis. xv.

Biblioteca Valenciana
Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



Si ḡ volumꝰ viuere vadamꝰ ī ſareptā ſydoni
orū.i.p̄niam. Sarepta interp̄taṫ tribulatio.
ſydoniorꝫ venatio.qꝛ penitētes venāṫ meri/
ta.gl'iaꝫ ⁊ gr̄aꝫ.iuxta illud Mat.xxv. Lu.xix.
Omi habēti.ſ.gr̄aꝫ ⁊ p̄niam.dabiṫ.ſ.occaſio
merēdi.⁊ abūdabit. Ois aūt q̄ nō hꝫ.⁊ qδ vi
deṫ hr̄e.ſ.naturalia.auferēṫ ab eo. Ergo ſur/
ge pctōꝛ q̄ iaces ī mala vita.⁊ vade ⁊c. Iuxta
intellectū ſpūalē mō videamꝰ qn̄ ſurget ꝑſo/
na q̄ diu dormiuit in pctō mortali. Hoc diċ
ap'ls ſic breuiṫ ad Eph.v.di. Surge q̄ dor/
mis.i.tot anni ſunt ⁊c.a mortuis.⁊ illumina/
bit te xp̄us. Videte itaqꝫ fr̄es quō caute am/
buletis.nō q̄ſi inſipiētes ſed vt ſapiētes.redi
mētes tp̄s.qm̄ dies mali ſūt. Propterea no/
lite fieri imprudētes.ſꝫ intelligētes q̄ ſit volū
tas dei. Et nolite inebriari vino in q̄ ē luxu/
ria. Multū dormit hō q̄ ꝑ vnū diē dormit
vel ꝑ duos vel ꝑ tres.ſꝫ multꝭ annis dormis
ī pctīs.iō ſurge ⁊c. Modū ſurgēdi a pctīs
declarabo vobis ꝑ ſil'e de ꝑſona ſolenni.ſur/
gēs de dormitōe facit octo. Primo ap̄it ocu
los.ſcd̄o ſedet ī lecto.tercio incipit ſe veſtire.
q̄rto exit de lecto.q̄nto ex motu expuit. ſexto
calciat ſe.ſeptimo cingit ſe.octauo lauat ma
nus. Sic ḡ ſurgere a pctō ē ſurgere a dormi
tione. Et iſta octo debꝫ facere pctōꝛ. Primo
ap̄it oculos di. Hora ē iā nos de ſomno ſur/
gere. Si q̄s vult ſurgere a pctīs.dꝫ aperire
ocl'os aīe ⁊ cognoſcere pctā. Heu q̄t ſūt q̄ vi/
uunt in peccatis.⁊ nō cognoſcunt.tales dor
miūt. Sed qn̄ claritas dei gr̄e ipm̄ incipit il
luminare.tūc ſcit ſuā malā vitā ⁊ dicit. O mi
ſer ſic ſum plagatꝰ.⁊ niſi cognoſcat infirmus
vulnera nō curat de medicina.ſed qn̄ cogno
ſcit.tūc querit medicinā. Idem de peccato/
re. Verbi gr̄a.de aliquo religioſo qui diu vi/
xit vt ceteri ꝓprietarius. ſed qn̄ radio diuine
gr̄e illuminaṫ cogitando peccata.et dicit. O
miſer q̄d erit de me.tot anni ſunt ꝙ portaui
habitū religionis.⁊ adhuc nō ſeruaui vota.
⁊c. Idē de ſacerdotibꝰ.laicis.et mulieribus.
laboraui in hoc mūdo ꝓ temꝑalibꝰ ꝑ tot an/
nos.⁊ nihil ꝓ ſpūalibꝰ. O miſer. Iō dauid q̄
dormiuit ꝑ annū in pctō adulterij ⁊ homici
dij.nec habebat cogitatōem de peccatis.ſed
qn̄ incepit cognoſcere.vt habeṫ.ij. Regū.xij.
cepit clamare.peccaui dn̄o. Amplꝰ.i.largiṫ.
laua me dn̄e ab iniquitate mea et a pctō meo
mūda me. Qm̄ iniquitatē meam ego cogno
ſco.et pctm̄ meū ꝯ me eſt ſemꝑ. Tibi ſoli pec
caui et malū coram te feci.vt iuſtificeris ī ſer
monibꝰ tuis ⁊ vincas cū iudicaris.pſ.l. Vn̄
Seneca. Cognitio morbi eſt initiū ſanitatꝭ
Sic ergo quilibet veſtrū aperiat oculos.q̄a
hora eſt nos iam de ſomno ſurgere.cogitet q̄
libet. Iam videamus ergo iuxta ſtatū an vi
uo ego bene vel male. Ego ſum religioſus ⁊
ſacerdos.aperi ergo oculos meos ⁊c. Se
cundo q̄ ſurgit ſedet in lecto.habens vnā ꝑ/
tem corꝑis ſuperius rectā.⁊ aliam curuā infe
rius ſedendo. Hoc ſignificat ꝯtritōem que ī
duobꝰ cōſiſtit. Vnū eſt verſus inferius.ſ.do/
loꝛ de peccatis in hoc mūdo.ſed nō eſt cōtri/
tio.ſed materia ꝯtritionis. Nam aliud eſt foꝛ
ma que dat eſſe rei.ſ.ꝯtritio.i.doloꝛ ille qui ē
de peccatis reſpectu dei quē offendit. Al's ſi
homo haberet tantū doloꝛē de peccatꝭ ꝙ fle
ret.ſed nō ꝓpter deū.attritio eſt.ſed nō contri
tio.q̄ nō ſufficit ad ſaluatōem. Verbi gratia
Si q̄s dolet de pctīs ꝓpter periculū corꝑis
vel fame vel honoꝝ quod ſibi imminet ⁊ plo
rat.nihil valet.qꝛ totū iacet inferius. Verbi
gr̄a.ſi religioſus dolet ꝙ nō ſeruauit regulā.
qꝛ p̄latꝰ vult eum incarcerare.nō valet.ſed
reſpectu dei. O miſer tantā gr̄am fecit mihi
deus ꝙ elegit me in ſuo ſeruitio ī iſta ſancta
religione.extrahens me de mundo ⁊ de fau
cibus mundi.vbi ſunt tot male beſtie.et po
ſuit me in viridario religionis.⁊ ego non ſer
uaui ⁊c. Hec eſt contritio. Ideꝫ de ſacerdo/
te. Item ſi quis ſit ſententiatꝰ.et cogitat.vx/
oꝛ et filij ſunt confuſi.et plorat.et petit veniā.
nō valet.quia ſolum eſt attritio. Sed ſi do/
let reſpectu dei dicens. Dn̄e tu creaſti me vt
ſeruirē tibi.et ego ſeruiui diabolo. Redemi/
ſti me vt eſſem tuus.et ego dedi me diabolo
Lauiſti me in baptiſmo.et ego ſoꝛdidaui me
Dediſti p̄cepta que ſeruareꝫ.vt ſeruādo poſ
ſem ſaluari.et ego nō ſeruaui p̄cepta tua ſed
diaboli.et ecce quid ego feci offendens te ⁊c̄.
vera eſt ꝯtritio habens materiā.ſ.doloꝛeꝫ de
peccatis.et formā.ſ.reſpectu dei. De hoc au
ctoritas Iſa.xxxviij. Recogitabo tibi oīes
annos meos in amaritudine aīe mee. Dn̄e
ſi ſic viuiṫ ⁊ in talibꝰ vita ſpūs mei. Coꝛripi/
es me et viuificabis me ⁊c. Nota.tibi.nō mū
do.nō vxoꝛi.nō filio ⁊c. Dn̄e ſi ſic viuitur ⁊ in
talibꝰ vita mea. Nota adiectiuū ſine ſubſtan
tiuo in talibꝰ.ſ.reſpectibus.ſ.dolere de pecca
tis et reſpectibꝰ dei. Tercio ſurgit δ lecto
nō nudꝰ.ſed veſtitꝰ camiſia ſua vel dyploide.
Ecce emendandi ꝓpoſitū.qꝛ in puncto quo
recepit voluntatē emendandi vitā ſuā iam

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

ſincipit indui. Auctas. Si eñ volūtas ꝓm/
pta eſt ſm id qḋ hȝ accepta eſt ñ ſm id qḋ nō
hȝ.ij. Co.viij. Verbi grã. Si aliqs ꝑdidit v̄
ginitatē.īpoſſibile eſt ꝙ ſit v̄go. Hieronym⁹
Audacter loq̄r ⁊c̄.q̄r includit ꝯtradictioneȝ.
De h̄ ſanct⁹ Tho.j.ꝑte.q.xxv.ar.v.q̄ dicit.ꝙ
p̄terita nō fuiſſe ꝯtradictionē implicāt. vñ p̄
terita nō fuiſſe ñ ſubiacet diuīe potētie. Hoc
idē dicit ſanct⁹ Aug⁹.ꝯ Fauſtū. Et phs.vj.
ethicoꝝ dic̄.ꝙ h̄ ſolo ꝑuaꝛ de⁹ ingenita face/
re q̄ ſunt fctā. Veꝝ vt dic̄ ſanct⁹ Tho. vbi ſ.
in ſolutōe ad tertiū.ꝙ oēm corruptionē mē/
tis ⁊ corpis d⁹ auferre pt a muliere corrupta
Hoc tñ ab ea remoueri non poterit ꝙ corru
pta nō fuerit. Et ſic qḋ dictū eſt intelligiꝛ et
verbū ſancti Hieronimi cū dic̄. Cū de⁹ oīa
poſſit.nō pt facere de corrupta incoruptam.
licet habeat volūtatē magnā ⁊ affectōȝ virgi
nitatꝭ.⁊ diſplicet ei q̄r nō eſt v̄go. ſȝ q̄r tal' hȝ
voluntatē ꝓmptā accepta eſt ſm illud qḋ nō
habet. Idē de deſiderio martyrij vt legiꝛ de
beato dñico ⁊ franciſco. volūtas erat ꝓmpta
in his ſm deſideriū.⁊ accepta ſm illud qḋ ñ
habet.q̄r licet nō habeat aureolam martyrij
tñ habet meritū martyrij. Sic qñ ꝑſona ſu/
perba ꝓponit emēdare.ſ.hūiliari.iā tal' volū/
tas ꝓmpta eſt ⁊ accepta deo ſm illud qḋ nō
habet. Idē de auaro. vſurario. luxurioſo. ac
cidioſo. guloſo. iracundo. ſiue furibundo ⁊c̄.
Jam volūtas eſt ꝓmpta ſm illud qḋ non hȝ
⁊c̄. Ideo phs vocat habitus v̄tutes in libris
ethicoꝝ.q̄r induūt animā. Ideo apoſtol⁹ ad
Col'.iij. Induētes nouū hoīem q̄ renouaꝛ i
agnitionē dei ſm imaginē ei⁹ qui creauit euȝ

Quarto ꝑſona ſurgēs recedit a lecto. Le
ctus peccatoꝝ eſt mala ſocietas. recedit ḡ ab
illa. quia poeta dicit. Que nocitura tenes q̄
uis ſint cara relinque. nocitura ſcȝ aīe. Sed
xp̄s declarat hoc meli⁹ q̄ualiter debem⁹ rece
dere a mala ſocietate dicēs. Si man⁹ tua vel
pes tu⁹ ſcandalizat te abſcide eū ⁊ ꝓijce abs
te. meli⁹ eſt tibi debilē vel claudū ingredi ad
vitā. q̄ duos pedes vel duas man⁹ habētem
mitti in gehennā ignis. Math.xviij. Nota.
ꝓijce.i.ꝓcul eijce. Verba ſunt figuratiua. q̄a
non eſt intētio xp̄i ꝙ aliqs debeat ſibi ſcinde
re aliqḋ membꝝ corpale vt viuat caſte. quia
peccaret abſcindendo. ſed vult dicere ſimili
tudinarie. ⁊ ecce quō. Officiū eñ manus eſt
opari. Unde dicit phus ꝙ man⁹ eſt organuȝ
organoꝝ. Vult ḡ dicere. ſi habes aliquē vel
aliquā q̄ facit opa tua ſed iā ſcandaliſat te. eij
ce a te. Verbi grã. ſi aliqs veſtꝝ hȝ ancillam
que fuit ſibi ⁊ faciat ſibi opa ſua. De tali dr̄.
ꝙ eſt man⁹ ſua. ſȝ ſcādalizat te. q̄r iam cogitaꝛ
de ea corrupta intentione. foras ꝓijce abs te.
Idē de vidua vel moniali q̄ hȝ ꝓcuratoreȝ q̄
facit oīa negocia ſȝ incipit ſcādalizari. ꝓijce.
⁊c̄. Officiū pedis ē ambulare ⁊ ſuſtinere cor/
pus. Sic ſi aliqs ꝓuidet vobis vidue vl' mo
niali talis ſuſtinet vos. ſȝ ſi tal' ſcandalizat te
ꝓijce ⁊c̄. Officiū oculi eſt oñdere res. ſic con
feſſor. aduocat⁹. mgr̄. pueri eſt ocul⁹. ſi ſcāda/
lizat te ⁊c̄. erue gladio diſcretiōis ⁊ ꝓijce Me
lius eſt cū vno oculo.i. ſcia ſupnaturali intra
re paradiſum. q̄ duos oculos hūtem.ſ. ſciaȝ
naturalē ⁊ acq̄ſitam mitti in gehennam ignis

Quinto ille q̄ iam ſurgit ſpuit. non ſolum
materiā paruā ſed groſſam. Ecce oꝛ̄ ꝯfeſſio.
vbi groſſa peccata ſunt ſpuenda. non ſolum
venialia. vt faciūt multi. Sic purificaꝛ ſto/
machus anime a mal' cibis ⁊ indigeſtionib⁹
peccatoꝝ mortaliū q̄ infra annū comedim⁹
Ideo ſcriptura.j. Joh.j. Si ꝯfiteamur pctā
nr̄a fidelis ⁊ iuſt⁹ eſt de⁹ vt remittat nob̄ pctā
noſtra ⁊ emundet nos ab omni iniquitate.

Sexto talis calceat ſe. ecce iniuriaruȝ re
miſſio. vnde incedens diſcalciat⁹ ſtatim ſen/
tit ſpinas. ſic impatiens ⁊ vindicatiu⁹ ſtatim
ſentit de iniuria ſibi facta. ſȝ patiēs nō curat.
talis eſt calciat⁹ vt xp̄s. q̄ patiēter ſuſtinuit in
iurias. q̄ cū pateret̄ ⁊c̄.j. Pe.ij. q̄ cū maledice
retur nō maledicebat. ⁊ cū pateret̄ nō cōmi/
nabat̄. Sic nos calciare debem⁹ ⁊ nō cura/
re de vindicta. Beat⁹ q̄ poteſt dicere. non ha
beo odiū in corde. Vñ ad Eph.vj. Accipite
armaturā.ſ. ꝑatiam dei. vt poſſitis reſiſtere i
die malo. ⁊ in oīb⁹ ꝑfecti ſtare. State ḡ ſuc/
cincti lumbos v̄ros in v̄itate. induti loricam
iuſticie. et calciati pedes in p̄paratione euā/
gelij pacis

Septimo cingit ſe. ecce debi/
toꝝ reſtitutio. Quidā volūt viuere ample ⁊
late ⁊ de bonis alteri⁹. de rapina. vſura. de ſa
larijs. de bonis eccl'ie. mortuoꝝ. hoſpitaliuȝ
⁊c̄. Ideo cingatis vos cingēdo zona iuſticie
⁊ mutetis ſtatū quē tenetis. minuēdo exceſſū
⁊ ornamenta vana. Jō ſcriptura ad Ro.xiij.
Reddite omnib⁹ debita. cui tributū tributū
cui vectigal vectigal. cui timorē timoreȝ. cui
honorem honorē. Nemini q̄cq̄ debeatis ni
ſi vt inuicem diligatis. Qui eñ diligit ꝓxi/
mū legē impleuit. Nam nō adulterabis. non
occides. non furaberis. nō falſuȝ teſtimoniū
dices. nō ꝯcupiſces. ⁊ ſi quod eſt aliud. i illo



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

ꝓbo inſtaurat̃. diliges ꝓxim tuū ſic teipm̄. ⁊c̃.
Sint lumbi vr̃i ꝑcincti.i. valde cincti. ⁊ lu/
cerne ardētes.i. bona opa i manibꝫ Octa/
uo ꝑſona honeſta lauat manꝰ. Ecce elemoſi
naꝝ largitio. qꝛ elemoſyna lauat faciē anime
qn̄ fit de bono iuſto. Luc̃. xj. Qđ ſupeſt date
elemoſynā. ⁊ ecce oīa mūda ſunt voƀ. Nota
quō xp̄s poſtq̄ꝫ ꝑdicauerat reſpiciebat ſi ali/
ꝗs eū inuitaret ad prādiū. Et circūſpect̄ om/
nibꝫ. Gloſa. ſi aliꝗs eū inuitaret. qꝛ voluit eē
pauꝑ. Et ſemel ꝗdā malꝰ hō ipm̄ inuitauit. ⁊
multos alios phariſeos inimicos xp̄i. cogi/
tans ꝙ comedēdo xp̄s diceret aliqđ malum
ꝓbū vt accuſaret̃. ſꝫ nō eſt ꝯſiliū ꝯ dn̄m. ꝗ vo
lens eum corrigere dixit. Uos phariſei ꝗd ō
foris eſt calicis ⁊ catini mūdatis. qđ aūt intꝰ
eſt veſtꝝ. plenū eſt rapina ⁊ iniq̄tate. Stulti
nōne ꝗ fecit qđ de foris eſt. etiā qđ de intus
eſt fecit. Uerūtamē qđ ſupeſt date elemoſy/
nam. ⁊ oīa mūda ſunt voƀ. Luc̃. xj. Nota.
vos phariſei. vt cognoſcerent ꝙ ipſe ſciebat
corda ⁊ cognoſceret. ⁊ h̄ dicit qꝛ ī corde odie
bant xp̄m. ⁊ ad extra oñdebant ſibi amiciciā
Nota. qđ ſupeſt dupliciter. ꝑmo qđ ſupereſt
facta refectione. Hic habetis bonū ꝯſilium.
Si tenetis vel acquiſiuiſtis aliꝗd de boniſ
iniuſte. facite mediū in capſa. ⁊ illud de bo/
no iuſto ponatis in dextera. aliud vero ad ſi/
niſtram. qꝛ licet modo ſtatim non habeatis
ꝓpoſitū emendādi vł reſtituēdi paulatim
tñ quādo videbitis diſtinctionē pecuniarū
cōpungentiū in corde vt reſtituatis ⁊c̃. Itez
quādo volueritis facere elemoſynā. nō facia
tis de ſiniſtra iniuſta. que eſt in capſa. qꝛ nul
lum haberetis meritū ſed peccatū. xiiij. q. v.
Forte. ſꝫ de illo qđ eſt in dextra. Et hoc dic̃
xp̄s Matth. vj. Neſciat ſiniſtra tua ꝗd faci/
at dextra tua. Nō loquit̃ de manu. qꝛ nullaꝫ
habet ſciam. Iō Thoƀ. iiij. Ex ſuba tua fac
elemoſynā. non de aliena. Secūdo qđ ſuꝑ/
eſt. ſ. recepta neceſſitate ⁊ retēta. qđ ſupereſt ō
vino. pane. ⁊c̃. non reſeruate in capſa. nec da
te canibꝫ. ſed date pauꝑibꝫ Idem de indumē
tis qđ ſupeſt. retenta neceſſitate date elemo
ſynam. ⁊ omnia munda ſunt vobis. ſcꝫ ma/
nus ⁊ facies anime. Ergo ſurge vade in ſa/
reptam ⁊c̃.

Feria tertia pꝰ dn̄icā ſcđam ꝗdrageſime.
Sermo. ij.

QUi maior eſt ue
ſtrū erit miſter veſter. Originaliter
Matth. xxiij. ⁊ recitatiue ī euangelio hodier
no. Sic em̄ totū qđ eſt i euāgelio eſt morale
Ita xp̄s intēdit a noƀ extirpare ⁊ ꝛ̄ꝓbare.

Primo reprobat inobedientiā.
Secūdo vanam gl̄iam
Tertio arrogantiam
Quarto extollentiam

Hec magna ſunt ⁊ offenſiua diuine maieſta
tis. Et de quarto ⁊ vltimo. qđ eſt quādo cre
atura ſe extollit propter bona temporalia. lo
quitur noſtrū thema. ſ. Qui maior eſt veſtrū
ſcꝫ in bonis a deo ſibi datis. erit miniſter ve
ſter. Ueniamꝰ ḡ ad ꝑmam ꝑtem in qua xp̄s
reprobat ⁊ vituꝑat pc̄m̄ inobedientie. qđ ē
qn̄ minores maioribꝫ non obediunt. nec filij
parentibꝫ. nec vaſalli dominis. nec populus
ꝑlatis eccleſie. Contra iſtos dicit xp̄s in ꝑn/
cipio euangelij loquēs populo ⁊ diſcipulis.
dicens. Iſto modo locutꝰ eſt xp̄s ad turbas
⁊ ad diſcipulos ſuos dicenſ. Suꝑ cathedrā
moyſi ſedebant ſcribe ⁊ phariſei. Omnia er
go quecūq̄ꝫ dixerint vobis. ſeruate et facite.
Scđm ꝟo opa coꝝ nolite facere. Dicūt em̄
⁊ nō faciūt Alligant aūt onera importabilia
⁊ imponunt in humeros hominū. digito au
tem ſuo nolunt ea mouere. Et ꝑ declaratio
ne iſtoꝝ ſciatis ꝙ populꝰ cōmunis attendēs
ꝙ rectores cōmunitatis ⁊ ſacerdotes erant
male vite notorie. retrahebant ſe ab eoꝝ obe
dientia. ⁊ negligebant eorū mandata ⁊ ordi/
nationes. ꝓpter h̄ ꝑmo oſtendit ꝙ licet domi
ni ⁊ ꝑlati ſint mali. tñ ſubditi tenent̃ eis obe
dire. niſi ꝑciperet̃ aliquid qđ eſſet ꝯtra deū. ⁊
ideo dic̃. ſuꝑ cathedram. ⁊c̃. Uideatis. ſcribe
poſſunt dici. ⁊ hoc ꝓpter officiū ſcribēdi. naꝫ
ſcribunt iſti tales. Sed non ſic hic accipit̃.
ſed dicit̃ ſcriba a noticia ſcripture. qꝛ iſti ta/
les habēt noticiā ſcripturaꝝ diuinalium. ve
luti ſunt doctores. Phariſei erant rectores
Et dr̄ a phares qđ eſt diuiſio. ⁊ in veſtitu et ī
victu. ⁊ iſti regebāt ꝓpł̄m ꝗ eccl̄iaſtici aꝑpel
labant̃. quia curā habebant de eccleſijs. Et
iſti tales erant vicioſi ⁊ male vite. Iō negli/
gebant̃ ſubditi. Et ieſus xp̄s iſtos reprobat.
Nam poſtq̄ꝫ iſti ſederunt in cathedra Moy
ſi. id eſt. in officio regiminis ſecularis vel pre
lationis eccleſiaſtice quam habebat Moy/
ſes negligebant gregem ſibi commiſſuꝫ. Et
de iſtis dicit xp̄s ꝙ quantūcunq̄ꝫ mali ſint.
eis obediendum eſt. Uidete quia duas do/
ctrinas poſuit. Prima quia omnia quecūq̄ꝫ
dixerint vobis ſuate ⁊ facite. Nō ꝓpterea in

Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana



telligatis ꝙ eoꝝ fact⁹ vos aſſimilet;.ꝛ iō addi
tur ſcđa doctrina.cū dr.ſm opa vō eoꝝ nolite
facere. Dicūt em̄ ꝛ nō faciūt.alligāt ei onera
grauia.magnas tallias.ꝛ magnas collectas
ꝑplo.ꝛ ipi nolūt illas portare nec digito mo
uere.ſ; h̄ nō obſtāte eis obedite. Sꝫ circa h̄
q̄ro duas q̄ſtiones. Pria et pte ꝑpli diceret
popul⁹. Nūqd nos erim⁹ ſic oppreſſi ꝛ onera
ti.q; rectores nos ita cōpmunt.ꝛ ipi nihil fa
ciunt. Rñſio.ꝙ mai⁹ onus portāt ipi q̄ꝫ vos
Videte q; magnū eſt eoꝝ pōd⁹. In pncipio
regiminis eoꝝ ipi iurāt bñ regere ꝛ admini
ſtrare rēpublicā.ſi forte faciūt ꝯtrariū pl⁹ pec
cant q̄ꝫ ſi facerēt homicidiū. Et iſtā opionez
tenet ſanct⁹ Tho. Nā forti⁹ eſt frāgere iuram
tū q̄ꝫ facere homicidiū. Periuriū em̄ vt dicit
ſanct⁹ Tho.in q̄tlibeto.j.q.ix.ar.ij.eſt graui⁹
q̄ꝫ homicidiū.ꝛ tenet locū ſecūdū pctōꝝ poſt
idolatriā. Cui⁹ rōem beat⁹ Tho.ibi ſ. oſtēdit
Nec immerito q; piurare nomē dei videt̄ q̄
dam diuini nois denegatio. Vñ ꝛ apud gen
tiles iuſiurandū erat honoratiſſimū. vt dr in
pncipio methaphiſice. Et lic; i h̄ mōo duri⁹
puniat̄ homicidiū piurio.ſec⁹ tñ in alio ſeclo
vt dic̄ ſanct⁹ Tho.ibi ſupra in ſolutōe argu
menti in oppoſitū. Nā acri⁹ puniet̄ q̄s frangē
do iuramentū q̄ꝫ cōmittēdo homicidiū. Et
vide.q; ſi faciēs ꝯ ſimplex iuramentū pl⁹ pec
cat q̄ꝫ ſi occidat.q̄ꝫto pl⁹ ſi ꝯtra ſolēne iuram
tum qđ faciūt ipi rectores. Et ita ſi poſt iura
mentū faciūt oppoſitū.ſ.cōmunitatē defrau
dando.pecunias recipiēdo.vel indignos ꝓ
mouendo.ſemꝑ peccāt mortaliter. Et ꝓmit
to vobis ꝙ ſi ſcirēt onera q̄ñ eligunt̄ fugerēt
de villa vel ciuitate. Ideo beat⁹ Aug⁹.dicit
ꝙ quāto in gradu ſupiori tāto verſat̄ in ma
iori piculo. Et dico vobis ꝙ ſancti pr̄s tre
mebant ꝛ timebāt de ſua ſola anima de dan
dō cōpotū deo in die iudicij. Ideo dr Sap.
vj. Horrende ꝛ cito apparebit vobis. quoni
ām iudiciū; duriſſimū his q̄ pſunt fiet. Exi
guo em̄ ꝯcedit̄ miſericordia. potētes autem
potēter tormēta patient̄. Nō em̄ ſubtrahet ꝑ
ſonā cuiuſq̄ꝫ de⁹ q̄ eſt omniū dñator. nec ve
rebit̄ magnitudinē cuiuſq̄ꝫ.q̄m puſillū ꝛ ma
gnum ipe fecit.ꝛ equaliter eſt illi cura de om
nib⁹. Fortiorib⁹ autē fortior inſtat cruciatio
Idem ad Heb.x. Horrendū eſt incidere in
man⁹ dei viuētis. Rememoramini aūt priſti
nos dies in q̄b⁹ illuminati.magnū certamen
ſuſtinuiſtis paſſionū.ꝛ in altero q̄dem oppro
brijs ꝛ tribulationib⁹ ſpectaculū facti.in alte
ro aūt ſocij taliter ꝯuerſantiū effecti. Nam et
vinctis cōpaſſi eſtis.ꝛ rapinā bonoꝝ veſtroꝝ
cum gaudio ſuſcepiſtis.cognoſcētes vos ha
bere meliorē ꝛ manentē ſubam. Nolite itaq;
amittere ꝯfidentiā veſtrā.q̄ magnam habet
remunerationē. Patiētia em̄ vob̄ neceſſaria
eſt.vt volūtatē dei faciētes reportetis ꝓmiſſi
onem ꝛc. Dicit̄ em̄ iudiciū duriſſimū in gra
du ſuplatiuo. Nam creature iudiciū; dei eſt
durū.quia ibi de operationibus ꝛ cogitatio
nibus habem⁹ reddere computū ꝛ rationē;.
Ideo dicit̄ Math.xij. Dico autē vobis q̄m
omne verbū ocioſum quod locuti fuerit ho
mines reddunt rationem in die nouiſſimo.
Et verbū ocioſum ſm Gregoriū eſt qđ aut
ratione iuſte neceſſitatis aut intentione pie
vtilitatis caret.đ quo reddet̄ ratio. Sed du
rius iudicium erit verbū ocioſum cuilib; q̄
habet regimen. vt mulieris quomodo illam
dilexit. quomodo filios inſtruxit et ſeruos.
qualiter ſoluit ſalariu; ſibi ſeruientibus.du
rum eſt de ſe ſolo deo reddere rōem. Et q̄ꝫto
ſunt potentiores.tāto duriſſimū eſt illud iu
dicium. Jam ergo dixit. Licet mali ſint.ſitiſ
eis obedientes. Et ideo dicit̄. Omnis aīa
poteſtatib⁹ ſublimiorib⁹ ſubdita ſit. ad Ro
ma.xiij. Dicit poteſtatibus.intelligatis eccle
ſiaſticis vel etiam ſecularibus. Nam dei or
dinationi reſiſtit q̄ poteſtati reſiſtit. Sitis ḡ
obedientes. Diceret aliquiſ. Forte loquitur
de bonis. Reſponſio.ꝙ non eſt verum. Na;
dicit̄ ꝛ hōc.j. Petri.ij. vbi text⁹. Subiecti igi
tur eſtote omni humane creature ꝓpter deu;
ſiue regi quaſi ꝓcellenti.ſiue ducib⁹ tanq̄ꝫ ab
eo miſſis.ad vindictā maloꝝ. laudē vero bo
norum.q; ſic eſt volūtas dei. Ibidem. Ser
ui ſubditi eſtote in omni timore dñis.nō tā
tum bonis ſed etiā diſcolis. ꝛc. Et ideo q̄ꝫto
magis d; reuerentiā ꝑpls meliorib⁹ et bonis
impēdere ꝑlatis ꝛ rectorib⁹. ſi etiā infidelib⁹
ꝛ diſcolis impēdere tenet̄. vt Petr⁹ ibi ſ. dic̄.
Et popul⁹ q̄ñ iſta videt nō d; murmurare.
ſ; eoꝝ laborib⁹ miſereri. Scđo q̄ro ſi hi ꝑ
lati ſuis ordinationib⁹ me vellēt remouere a
deo aut a gratia dei an ſit faciendum vel ab
officio diuino. Nunq̄d teneor obedire. So
lutio. In ꝑmo caſu non eſt obediendum eis
quia obedire oportet magis deo q̄ꝫ homini
bus. Actuū.v. ꝓpter h̄ fuerūt ſancti martyreſ
occiſi.q; nolebāt obedire ꝯtra precepta dei.
Secūdo dico ꝙ ſi eccleſiaſtici vel officiales
volunt te elongare a diuinis officijs. ſic ꝙ



Esta reproducción ha sido obtenida exclusivamente con fines de investigación y de estudio.
Esta reproducció ha sigut obtinguda exclusivament amb fins d'investigació i estudi.

Biblioteca Valenciana

nõ interſis diuis officijs. ꝛ h̄ faciãt ꝑꝑ̄ ſniã ꝫ
excõicatiõis noiatim vł generalit̄. tũc obedi
re debes. q꜡ illõ eſt ĩ penã. ꝛ nõ fuãtes ſũt dã
nati. ꝛ peccat q̇s mortalit̄. eo q꜡ nõ eſt ſepans
a grã dei ſꝫ ab officio. imo peccat mortaliter
etiã generalit̄ excõicatꝰ ſi miſſam audit. q꜡ iã
eiectꝰ eſt ab eccl'ia p ſniam excõicatõnis. xj. q.
iij. Oĩs. vbi dr̄. Oĩs xpianꝰ q̇ a ſacerdotibꝫ ex
cõmunicat̄ ſathane tradit̄. ꝛ cetera q̇ ſequũt̄.
Pl'etiã dico q̇ ſi pb̄r portat cuſtodiã p ciui/
tatẽ ad cõicandũ aliquem. debes ſtare flexis
genibꝫ ꝛ plorãdo ꝛ nõ debes cuſtodiã reſpi/
cere. Videte ḡ ꝛ fuate q̇ vob̄ p̄cipiũt. ſed de/
bes laborare vt abſoluarꝭ. Videte h̄ qõdã
miraculũ ꝛ ↄtigit in delphinato. Erat ibi q̇/
dam latro. ꝛ vna die itrauit eccl'iam q̄ndam
p̄textu ꝛ ↄtẽplatiõe faciẽdi orõem. ꝛ reſpexit
hinc ꝛ inde ſi poſſꝫ aliq̇d furari. ꝛ nõ vidit ni
ſi vnũ breuiariũ ſup altare. ꝛ vidẽs q̇ ibi nõ
erit aliq̇s. illud ſecũ aſportauit. Vicarius vi
dens q̇ breuiariũ ſibi deficiebat p̄q̇ſiuit cũ
alijs furẽ illũ. ꝛ fur q̇ erat ꝓcul videns illos
veniẽtes poſuit breuiariũ in foramẽ cuiuſdã
arborꝭ. ꝛ poſtea negauit ſe librũ accepiſſe. tũc
reuerſi ad locũ. vicariꝰ h̄uit lr̄am ꝛ ſniam ex/
cõmunicatõis ꝛ dixit q̇ q̇ teneret breuiariũ
infra ſpaciũ triũ dieꝝ redderet ſuo dño. al's i
curreret ſniam excõis. Et pꝰ elapſis ill' tribꝫ
diebꝫ ↄtigit q̇ arbor illa mortua fuit. gentes
ãt vidẽtes h̄ fuerũt mirate valde. ꝛ querẽtes
vñ illud venerat. inuenerũt ibi breuiarium.
Videte quõ p̄t viuere creatura ſi arbor ñ po
tuit viuere. Cauete ḡ. Sꝫ circa h̄ dicũt aliq̇
q̇ excõicatio nõ comedit panẽ nec bibit vinũ.
Et iõ dr̄ ↄ tales. Si eccl'iam nõ audierit. ſit
tibi ſicut ethnicꝰ ꝛ publicanꝰ. Math. xviij.
Nota etiã h̄ ↄ illos q̇ excõicant̄ in vna eccl'ia
ꝛ vadũt audire in alia vel in monaſterio. hij
ei peccãt ꝛ iobediẽtiã incurrũt. Venio ad
ſecundã p̄tem in qua xp̄s reprobat vanã glo
riam. h̄ eſt. pctm̄ vane gl'ie. Nã vermis eſt et
ventꝰ. ꝛ ponit ſe ibi ſicut in pomo vł ĩ malo
punico. Nã extra apparet bonũ. intꝰ ṽo nihil
valet. q꜡ a verme comeſtũ eſt. Sic eſt de illo
q̇ bonꝰ apparet. ſꝫ int' hꝫ vanã gl'am. nihil va
let. Et ↄ illã dixit xp̄s. Oĩa opa ſua faciũt vt
videant̄ ab hoibꝫ. Dilatãt em̄ philateria ſua
ꝛ magnificãt fimbrias. Amãt aũt p̄mos re
cubitus ĩ cenis. ꝛ p̄mas cathedras in ſyna/
gogis. ꝛ ſalutatõẽs in foro. ꝛ vocari ab hoibꝫ
rabbi. Ubi ponit xp̄s ſeptẽ gradꝰ vane gl'ie.
in q̇bꝫ erãt inuoluti. Primo ĩ corde. q̇ ſi fece/
runt aliqõ opꝰ de genere bonoꝝ. tñ intentio
eoꝝ fuit mala. q꜡ fecerũt h̄ vt viderẽt̄ ab hoĩ
bus. Jõ dr̄ puer. iiij. Omĩ cuſtodia ſerua cor
tuũ. q꜡ ex ip̄o vita ꝓcedit. ſi bñ cuſtodit̄. al'as
mor̄. Sꝫ illi nõ cuſtodiebãt cor. imo vbi cõ
fluebat pp'ls. ibi orabãt cũ ſuſpirijs vt viderẽ
tur ꝛ laudarẽt̄ ab hoibꝫ. Cõtra h̄ xp̄s xpianiſ.
Tu cũ oraueris intra cubiculũ tuũ. Math
vj. Jdẽ faciebãt õ elemoſyna. Nã illi ãbula/
bãt p ciuitatẽ p̄cone p̄cedẽte cũ tuba dicẽdo
Tal' dñs vult facere elemoſynã vadatis ad
domũ ſuã. ꝛ ſic de alijs bonis opibꝫ. Contra
h̄ xp̄us. Cũ facis elemoſynã noli añ te tuba
canere. Math. vj. Secũdꝰ pũctꝰ eſt q̇ di
latãt philateria ſua. q꜡ ex ĩ plant ſe. Uñ dixit
dñs moyſi dãs ſibi p̄ceptũ Deut̄ xj. Ponite
h̄ ṽba mea in cordibꝫ ꝛ ĩ aĩs vr̄is. ꝛ ſuſpẽdite
ea ꝓ ſigno ĩ manibꝫ. ꝛ int̄ ocl'os vr̄os colloca
te. ſ. ↄtẽplando. Jta intẽdebat dñs. Sic deuſ
dedit manibꝫ. x. digitoſ ad opandũ. ita dedit
decẽ p̄cepta ad meritorie opandũ. Sꝫ illi ita
dei ſcribebãt illa ĩ q̇libet digito vnũ. vt gen/
tes illos laudarẽt. ꝛ gẽtes iõ oſculabãtur eis
manꝰ. Nota ĩ auctãte p̄dicta dr̄. Int̄ oculos
vr̄os collocate. h̄ itelligebat dñs õ ocul' aĩe. q̇bꝫ
ↄtẽplãda ſũt diuia p̄cepta. Sꝫ ipi ſcribebãt
ea in cart̄ de lr̄a groſſa. q̇ dicunt̄ philateria.
Et iõ dr̄ philateria a philare qõ eſt ſeruare. ꝛ
iſto mõ laudabãt̄. ꝛ ſic dicũt̄ illa dilatare. ꝛ ſic
nõ ſolũ intꝰ h̄ẽbant vanã gl'am ſed etiaꝫ extra
Tertiꝰ pũctus eſt. q꜡ magnificabãt fimbri
as. vñ dixit deꝰ moyſi Nũe. xv. circa finẽ Lo
q̄re filijs iſrl' ꝛ dices ad eos vt faciãt ſibi fim
brias p angulos q̄ttuor pallioꝝ. ponentes ĩ
eis vittas iacintinas. ad q̄ttuor p̄tes veſtiũ
ꝛ h̄ ex p̄cepto legꝭ. Has fimbrias etiam porta
bat xp̄s. Et iõ dicebat mulier. Si tetigero
fimbriã veſtimẽti ſui. ſalua ero. Matthei. ix.
Judei ṽo dilatabãt philateria ꝓpt̄ vanã glo
riam. ꝛ magnificabãt fimbrias ſuas. Nota
deꝰ voluit illas apponi ꝛ fecit apponi vt deno
tarent decẽ p̄cepta in q̇bꝫ alia oĩa ↄtinẽtur.
Volebat etiã deꝰ q̇ iudei portarẽt illas q̄ttu
or fimbrias. ad innuendũ q̇ oĩa p̄cepta dei ꝛ
ordinatiõẽs ↄſiſtũt in q̄ttuor. ſ. circa deũ per
deuotõẽ ꝛ fidelitatẽ. circa ꝓxim p dilectionẽ
ꝛ caritatẽ. circa ꝓſperitatem p tempantiam.
circa aduerſitatẽ p patientiã. Jlli autẽ hypo
crite magnificabãt fimbrias ſuas latas ſiue
nimis amplas faciẽdo. Quartꝰ punctꝰ eſt
q̇ amabãt p̄mos recubitꝰ in cenis. ꝛc. ſic qñ
